MEMORABILIA BIBLIOTHECÆ LUNDENSIS.

AUCTORE

ANDR. LIDBECK,

Acad. Carol. Biblioth. et Aesthet. Prof.

Lundae MDCCCXIII.

Litteris Berlingianis.

Quem Bibliotheca Lundenſis ortum habuerit, & quæ usque ad annum 1769 præcipua incrementa ceperit, duæ nuper editæ diſſertationes paucis oſtendunt. Poſt iſtum vero annum magnis acceſſionibus aucta eſt, tanta tamen in librorum emtione ſapienter adhibita parſimonia, ut etiam illius opes in ſingulos fere dies accreverint. Quo factum eſt, ut pecunia ejus fenori data 6600 Thaleros imperiales jam excedat, quorum 2188$\frac{1}{3}$ ſunt ex genere ſolidorum (Banko-mynt). Neque defuerunt, qui ut ſuum in litteras noſtramque Academiam amorem declararent, benefici in Bibliothecam exſtiterint, id quod Acta Conſiſtorii &, quos ſervamus, indices perſæpe teſtantur. Eos autem ſingulatim, & quæ quisque attulerit dona, enumerare longum eſſet, nec ad inceptum noſtrum pertineret. At cum tres ſint laudatiſſimi viri, qui præ ceteris maxima ſe commendarunt liberalitate, eorum mentionem hic, ut debemus & ut pietas jubet, faciemus, quos inter non uno ſolum nomine primum tenet locum

Comes MELCHIOR FALKENBERG, Regis Regnique Senator, per annos decem & ſeptem Academiæ Carolinæ Cancellarius, qui, A:is 1778 & 1779 a), Bibliothecam voluminibus ſuper 1200 ornavit, quorum plurima vel propter antiquitatem, vel quia in rarorum librorum numero haberi poſſunt, magni ſunt aſtimanda. Recentiores & ad legentium uſum egregie accommodati fuerunt libri, quos munificentiæ debemus JOHANNIS HENRICI LIDÉN, Profeſſoris Regii, & per quadriennium Hiſtoriarum Adjuncti hujus Academiæ, qui cum numeroſam ſuam collectionem in Bibliothecas Upſalienſem, Lundenſem, Aboënſem, & Lincopenſem eo pacto diſtribuiſſet, ut poſt Upſalienſem Lundenſis eligendi poteſtatem haberet b), factum eſt, ut hujus ditioni prope 1300 volumina A:o 1790 ſint adjecta. Neque vero magnitudo beneficii nomen GABRIELIS LUND, Regii Collegii Medici Adſeſſoris, ſilentio præterire patitur, qui apud nos litteris eruditus in grati animi documentum, quos collegerat libros, eos omnes Bibliothecæ muneri dedit, tandem poſt illius mortem A:o 1795 huc transvectos. Volumina erant plus minus 1100, omnia fere medici argumenti. Ut autem, quæ imperfecta eſſent opera, perficerentur, & Bibliothecæ facultas ſuppeteret, alia ejusdem generis coëmendi, 1000 Thaleros imperiales ſimul donavit vir ſuæ diſciplinæ amantiſſimus

a) Protoc. Conſ Acad. d. 3 Julii 1778; d. 20 Nov. 1779.

b) Protoc. Conſ. Acad. d. 6 Dec. 1788.

tissimus c). Quod si quæ jam commemoravimus dona, iis adduntur, de quibus antehac dictum est, facile intelligitur, majorem quam dimidiam Bibliothecæ partem beneficiis Mæcenatum & Fautorum acceptam esse referendam. Ex facta, quam potuimus accuratissime, computatione constat, Bibliothecam Lundensem volumina circiter 20000 habere, quorum in numero 237 codices sunt manuscripti. In tanta autem librorum multitudine, quam quotannis non mediocriter augeri lætamur, esse permultos, qui vel ob antiquitatem, vel raritatis gratia, vel quod magno pretio venduntur, digni habeantur, quorum mentio fiat, nemo certe dubitaverit. Istos itaque recensere in animum induximus, quo in negotio cum versamur, & officio nostro fungimur, & rem haud paucis perquam gratam nos facere existimamus. Quod autem nobis proposuimus, eo ordine persequemur, ut libros sæculo XV impressos primum, deinde vero eos, qui a probatis auctoribus inter raros numerentur, simus commemoraturi. Postea ad libros pretiosos & opera, quæ multis compehenduntur voluminibus, progrediemur, denique quos Bibliotheca habeat codices manuscriptos enarraturi. Ita fit, ut opus nostrum in quattuor dividatur partes, quarum unaquæque eo magnitudinis crescet, ut eam Tomum, servata hujus vocis significatione, apellare liceat. Etenim cum parum sit, nihil præter librorum titulos nosse, adnotationes, quæ succurrant luce dignæ

c) Protoc. Cons. Acad. d. 11 Maji 1792.

gnæ, ubique adjiciemus, quæ ſi ſæpe leves vel communes & pervulgatæ, neque iis, qui in hoc doctrinæ genere verſantur, ſatis dignæ videantur, valebit ad noſtram excuſationem, nos non ſolum doctis viris ſcribere, ſed multo magis intendere, ut juventuti ei, cui ad noſtram Bibliothecam aditus pateat, utilis noſtra opera ſit futura. Quam vero in ſcribendo ſupremam eſſe legem agnoſcimus, ut ne quid temere ſcribatur aut negligenter, eam ſancte ſervare ſtudebimus; ſi quid tamen aliqua ratione peccatur, ſolatium erit, ab optimo quoque veniam facillime impetrari.

Libri Bibliothecæ Lundenſis Sæculo Decimo Quinto impreſſi.

CAJI JULII CÆSARIS Commentariorum Libri, ex recognitione Johannis Andreæ, Epiſcopi Alerienſis, Romæ 1469 d). Ad finem commentarii ultimi hæc in media pagina leguntur: *Anno Chriſti* MCCCCLXIX, *die vero* XII *menſis Maji. Paulo florente* II, *anno ejus* V. *Romæ in domo Petri*

d) In primis ubique conferendi ſunt *Annales Typographici ab artis inventæ Origine ad Annum* MD *poſt Maittairii, Deniſii, aliorumque doctiſſimorum virorum curas in ordinem redacti, emendati, & aucti opera G. W. Panzer. Volumina quinque. Norimbergæ A.* MDCCXCIII—MDCCCXCVII. 4. Vide Vol. 2 p. 411.

Petri de maximis. Brevis deinde sequitur Epistola, in qua Episcopus Aleriensis se librum hunc recognovisse testatur, atque, antequam ad Cæsarem laudandum se confert, quæ ei tribuenda sint scripta, monet. *Tenere*, inquit, *memoria omnes oportere, qui ad horum venerint lectionem, quæ Suetonius Tranquillus in Cæsaris vitâ de iis scripsit hoc modo: reliquit & rerum suarum commentarios, Gallici civilisque belli Pompejani. Nam Alexandrini, Africique, & Hispaniensis incertus autor est. Alii enim Opium putant, alii Hirtium, qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum suppleverit. Ne in frontibus indices asscribantur emendandi. Equidem alia quædam a nonnullis scribi scio; & tamen ipse Suetonio assentior* &c. Postremum locum occupat rerum, quæ continentur, index, qui etiam exhibet prima earum, scilicet epistolæ hujus atque commentariorum, vocabula. Ex isto vero indice cognoscere licet, eadem omnia, quæ recentiores habent editiones, hoc opere comprehendi. Character Romanus est. Desunt titulus, signaturæ, custodes, & paginarum numeri, Præter punctum & colòn non aliæ interpunctionis notæ; i puncto caret; in fine vocum littera ſ longa adhibetur; æ & œ signantur ut e; frequentia sunt scribendi compendia sive abbreviaturæ, & quæ sunt reliqua, quibus antiquissima typographiæ monumenta dignoscuntur. Prima pagina 36 lineas, ceteræ 38 habent. Folia sunt 164. Forma est folii integri.

Prin-

Princeps hæc editio eſt, rariſſima, & laude celebris, quæ ex officina Conradi Sweynheym & Arnoldi Pannartz prodiit, quos gente germanos in artis typographicæ propagatoribus nobiliſſimum habere nomen conſtat, quippe qui omnium primi in Italia, idque in Sublacenſi monaſterio, unde Romam migrarunt, artem hanc exercuerunt & divulgarunt e). Neque facile quempiam fugit, quanta doctri-

e) *Die nun alſo erfundene Kunſt wurde bis* 1462 *in Maynz ziemlich geheim gehalten. In dieſem Jahre überrumpelte Adolf von Naſſau, der wieder Diethern von Iſenburg zum Biſthume ernennet war, die Stadt, und in dieſem Ummeſen wurden auch die Kunſtverwandten allenthalben hin verſtreuet. Wir wollen ihnen nach den berühmteſten Städten Europens in chronologiſcher Ordnung bis gegen das End des* XV *Jahrhundertes, wo die kunſt faſt wieder im fallen war, folgen; aber Kürze halber nur die unangefochtenen und wichtigſten auszeichnen. Die erſten waren wohl Konr. Sweynheym, glaublich von Schwanheim Maynzergebieths, und Arnold Pannartz, die ihren weg nach Rom nohmen. Vermutlich waren ſie es, die auf der Reiſe im Kloſter Subjaco einſprachen, wo es deutſche Mönche gab, und daſelbſt Lactantii Inſtitutiones* 1465 *druckten. Sie kamen darauf nach Rom, die Marcheſen Maſſimi räumten ihnen ein Haus ein, der Biſchof von Aleria Joh Andreæ übernahm die ſorge ihrer Zueignungsſchriften, Vorreden, und Correcturen* — — *M Denis Einleitung in die Bücherkunde, I Th. ſ.* 107, 108, *Wien* 1777. 4. Donatum pro puerulis ante Lactantii opera ab illis impreſſum eſſe, docet Panzer. l. c. p. 405.

doctrinæ accuratiſſimæque diligentiæ fama floruerit Johannes Andreas, qui & huic editioni præfuit, & ſæpius iisdem typographis in præſtantiſſimis libris edendis operam commodavit. Admirationem igitur non habet, hanc Cæſaris editionem maximi æſtimari, & tanti quidem, ut in auctione librorum Ducis de la Valliere, ſi credere fas eſt, pretio 1260 libr. gall. vendita ſit f). Dicit vero cel. Osmont, eam nullo pretio poſſe taxari g). Noſtrum exemplar optime eſt ſervatum. Librorum litteræ initiales inauratæ ſunt, & nitidis coloribus ornamentisque decoratæ. In prima earum miles romanus dextra manu librum, ſiniſtra enſem gerens pictus apparet. Pagina prima etiam picturis marginalibus & mappa geographica eſt adornata.

Aurelii Augustini de Civitate Dei Libri xxii, Venetiis 1470 h). Cum inter Eccleſiæ Latinæ Patres ſumma ſemper fuerit auctoritas Auguſtini, cui parem ſolum Hieronymum vulgo judicaverint

f) Bibliotheca Roloffiana, P. I p. 71, Berolini 1789. 8.

g) *Cette edition eſt la premiere, & n'a point de prix; elle a été vendue 170 L. 15 ſ chez M. le Comte Hoym.* — *Dictionnaire Typographique, Hiſtorique & Critique des livres Rares, par J. B. L. Osmont, T. I. p.* 156, *Paris* 1768 8. Cfr. *Bibliotheque Curieuſe, Hiſtorique & Critique, ou Catalogue Raiſonné de Livres difficiles à trouver, par David Clement T.* 6, *p.* 16, *Leipſic,* 1756 4.

h) *Panzer*, l. c. Vol. 3. p. 64.

verint, minime mirum videri debet, ejus ſcripta, quibus in deſcribendis monachi plurimum collocarunt temporis & operæ, poſt inventam typographiam ſæpiſſime in lucem fuiſſe emiſſa. Eorum vero nullum toties lucem adſpexit, quoties hi de Civitate Dei libri, quorum 24 editiones latinas ſæculo xv factas cel. Panzer recenſet. Prima in monaſterio Sublacenſi anno 1467 prodiit, ſecunda Romæ a:o 1468; Veneta vero, de qua hic agitur, tertia vel quarta appellanda eſt; quæ enim Romæ iterum prodiit, ejusdem anni eſt. In editione hac Veneta præcedit index omnium librorum & capitum, prima cujuslibet capitis vocabula etiam exhibens. In fine hæc leguntur:

Qui docuit Venetos exſcribi poſſe Joannes
Menſe fere trino Centena volumina plini
Et totidem Magni Ciceronis Spira libellos:
Cæperat Aureli, ſubita ſed morte perentus
Non potuit Ceptum Venetis finire volumen.
Vindelinus adeſt ejusdem frater; & arte
Non minor, badriacaque morabitur urbe.

Unde, ut verbis clariſſimi Panzer utar, *diſcimus, quot Plinii hiſtoriæ & Ciceronis epiſtolarum exemplaria anno præcedente, & quam brevi excuderit Joannes Spira, quoque anno obierit, quodque Frater Vindelinus ei ſuccedens Auguſtini de Civitate Dei Volumen ab illo cæptum abſolverit, & poſtea Venetiis artem cum laude non minore exercuerit.* Neque vero ſilentio transeundum eſt, hosce fra-

tres

tres natione Germanos & quidem Civitatis Spirensis de arte typographica meruisse optime, quorum alter primus, alter secundus Venetiis fuit typographus. Quam vero artem propagarunt, eandem præclare tractarunt, litterisque usi sunt pulcherrima forma, quibus non modo Senatus Venetianus, cum anno 1469 privilegium, quod vocant, exclusivum Johanni de Spira concederet i), sed sæpe etiam recentiores auctores meritam laudem tribuerunt. — In hac editione Augustini, uti & in ceteris libris, quos fratres Spirenses impresserunt, pro diphtongis æ & œ adhibetur e cum unco litteræ subnexo; in fine vocum littera s brevis est; i punctum habet; nullæ, nisi punctum & colon, notæ distinctionis exstant. Char. rom. Sine tit. sign. cust. & pagg. num. Lin. 50. Foll. 271. Fol. maj. Editio Rarissima & magnifica k). Exemplar, quod Bibliotheca nostra possidet, ex omni parte perfectum est. Litteræ initiales librorum deauratæ sunt, ac variis coloribus ductibusque ornatæ; capitum vero rubræ & cæruleæ alternis vicibus.

b 2 Super

i) Cujus naturæ hoc privilegium fuerit, hæc ejus verba certiores nos faciunt: *Domini Consiliarii ad humilem & devotam supplicationem prædicti Magistri Johannis decreverunt, ut per annos quinque proxime futuros nemo omnino sit, qui velit, possit, valeat, audeatve exercere dictam artem imprimendorum librorum in hac inclyta civitate Venetiarum, & districtu suo, nisi ipse Magister Johannes* &c.

k) *D. Clement, l. c. Vol.* 2, *p.* 262, *Göttingen* 1751.

Superscriptæ sunt rubricæ capitum. Pagina prima ipsius operis picturis marginalibus collucet.

Titi Livii Historiarum Libri, Venetiis 1470 l). Eorum editiones 112 præcipuas cel. Drakenborch m) enumerat, quarum princeps est, quæ cura Johannis Andreæ Episcopi Aleriensis a Conr. Sweynheym & Arn. Pannartz typis exscripta est, idque anno 1469, ut Mich. Maittaire, & qui nobis maxime probantur auctores, existimant. Qui enim cum Fabricio eam ad annum 1470 referunt n), horum sententia jam pridem jure optimo videtur esse explosa. Editio vero Veneta, quam nostra Bibliotheca habet, eandem, quam ista princeps Romana, epistolam præfert Episcopi Aleriensis ad Paulum 2:dum scriptam, quæ etsi sæpius, quin immo in plerisque editionibus sæculo xv & initio sæculi xvi excusis obvia sit, tamen non possumus, quin ex ea nonnulla exscribamus o). Ubi autem

l) *Panzer, l. c. Vol. 3, p.* 64.

m) *T. Livii Historiarum ab urbe condita Libri, qui supersunt, omnes &c. curante Arn. Drakenborch, T.* 7, *p.* 328, *Lugd. Batav. & Amstelæd.* 1746. — *T. Livii Patavini Historiarum Libri &c. ex recensione Arn. Drakenborchii, curante Augusto Guil. Ernesti, T.* 4. *p.* 300, *Lipsiæ* 1785.

n) *Jo. Alberti Fabricii Bibliotheca Latina &c. T.* 1. *p* 181, *T.* 2. *p* 207, *Hamb.* 1721.

o) Si quis eam totam perlegere cupiar, adeat *Drakenborch, l. c. p.* 252, qui præcipuas dedicationes & præfationes editionibus Livii præfixas collegit, digessit, & denuo publicavit.

autem omnia nitent, eligendi ſumma eſt difficultas, ſed in primis nobis arridet hoc de Livio judicium, quod quanta in modo laudato Præſule, vel acute cogitandi vel eleganter dicendi facultas & copia fuerit, optime docet: *Herculem enim merito Hiſtoriarum dixerim, quod alacris ubique incedens, robuſtus, & floridus, nulla rerum difficultate, nullo obrutus pondere ſuperatur. Non illum varietas confuſum, non ſimplicitas hiſtoriæ faſtidientem reddit; in tenui, quod perſæpe accidit, ac humili rerum materia non eſt exanguis, aridus, & jejunus. In copia vero ac magnitudine turgeſcens non exit ac vaſtus; plenus citra tumorem, æquabilis ac lenis citra molliciem. Nec luxurioſe effluens, nec nimia ſterilitate tabeſcens, in aſperis rebus non ſalebroſus, neque languens in mollibus, non violenta & coacta oratione ſubſultans. Non ita tamen copioſus ut nimius; neque ita ſuavis ut laſcivus; nec adeo lenis, ut remiſſus; non ſic triſtis, ut horridus; neque ita ſimplex ut nudus; aut adeo comptus, ut affectata compoſitione calamiſtris videatur inuſtus; par verbis materiæ; par ſententiis rebus. In re geſta exprimenda gravis atque magnificus, & tamen ſuccinctus ac proprius; in narratione naturalis & ſemper exſpectatus, ordinem minime confundens, & rerum eventa non præcurrens. Minime in gratiam adulator, aut reprehendendo parcus in veniam, non amaram lætus in noxam &c. &c.* Sequuntur epitomæ omnium Livii librorum, quos CXL eſſe novimus;

vimus p). Deinde exſtat ſyllabus trium decadum ſeu XXX librorum, quos hæc editio complectitur, adjecto omnibus locis, ut mos fuit, primo verbo. Etſi autem hi libri XXX numerantur, tamen reapſe XXIX ſunt, deeſt enim decadis quartæ liber tertius, primus vero in duos eſt diviſus. Dolemus etiam, in hac non ſecus ac in ceteris antiquioribus Livii editionibus libros, qui adſunt, non eſſe integros & perfectos q). — Ad finem decadis quartæ nominatur annus MCCCCLXX, locus vero impreſſionis non item; ſed additi ſunt ſex & quadraginta verſus, quorum primos in medium proferre alienum non videbitur:

Proderat haud multum, Livi, abs te ſcripta fuiſſe
Maxima, ſi romæ facta pari eloquio:
Quæ ſeu deſidiis, alio ſeu crimine quovis,
Sive & temporibus cuncta fere occiderant:
Quæque ſuperfuerant opera, hæc tam rara videri,
Ut pene ipſorum copia nulla foret.
Et Vindelino debebis tu quoque, formis
Egregie impreſſit has modo qui decadas, &c.

Manifeſte autem apparet, non ſolum ex his verſibus, verum etiam ex ipſa characterum forma & habitu, eſſe

p) De quibus 35 ſuperſunt, quorum vero quinque poſtremos *Simon Grynæus* ex vetuſto monaſterii Laurishaimenſis Codice, in editione Baſilienſi A:i 1531, primus in apricum protulit. *Fabricius l. c. T. 1. p.* 183. *Drakenborch, l. c. p.* 335. *Erneſti, l. c. p.* 314.

q) *Fabricius, l. c. p.* 181.

esse hoc opus Venetiis per Vindelinum de Spira impressum, quem eo tempore magna cum laude ibi artem typographicam exerçuisse, supra ostendimus. — Editio magnifica & rarissima, quam ne J. Fr. Gronovium quidem vidisse, ad fidem pronum est r). Char. rom. Sine tit. sign. cust. & pagg. num. Lin. 49. Foll. Decad. 1:mæ cum Epist. & Epit. 169. Dec. 4:tæ 109. Fol. maj. Nostrum exemplar decades primam & quartam tantum habet, inque duo volumina compactum est. Librorum litteræ initiales inauratæ sunt, & variis picturis inclusæ; tituli rubri & superscripti. Prima utriusque decadis pagina pulcherrimis encarpis nitet.

Prisciani Grammatici Cæsariensis opera, Venetiis 1470 s). Opera Prisciani sæculo xv persæpe t) Venetiis prodierunt. Princeps vero hæc nostra editio est, qua continentur 1) Epistola ad Julianum Consulem ac Patricium, cui Priscianus suum de arte grammatica opus dedicavit, 2) ipsum opus sive Libri grammatici xviii, quorum postremi, qui de constructione agunt, Prisciani Minoris Liber primus & secundus appellantur, 3) L. de duodecim carminibus, 4) L. de accentibus, 5) L. de (numeris) ponderibus & mensuris, 6) Carmen hexa-

r) *Drakenborch, l. c. p.* 329, 330. *Ernesti, l. c. p.* 301, 302.

s) *Panzer, l. c. p.* 67.

t) *Secundum Panzer quindecies.*

hexametrum de ponderibus & menſuris u), cujus ultimi verſus ita ſe habent:

Nam quoties ternis pars illibata gravarit
Correptam drachmis ſub aquam, totidem eſſe notabis
Argenti libras, quas fraus permiſcuit auro.
Pars etiam libræ quævis ſi forte ſuperſit,
Hæc quoque drachmarum ſimili tibi parte notetur.
Nec non ſine aquis v).

In fine hæc: *Volumen priſciani de octo partibus orationis: de conſtructione: de duodecim carminibus: de accentibus: de numeris & ponderibus & menſuris Finit. Anno Domini* MCCCCLXX. Loci & typographi nota fruſtra quæritur, ſed doctiſſimi

u) Ei nullus titulus, neque nomen præpoſitum eſt. — Quem auctorem habeant carmina de ponderibus & menſuris, ac de ſitu orbis, in magna fuit controverſia; evincere vero conatus eſt cel. Wernsdorf, Priſcianum auctorem eſſe, eosque in magno errore verſari, qui aut Remo Favino, aut, cum hoc nomen corruptum judicaverint, Rhemnio Fannio Palæmoni ea tribuerint. — Neſcimus vero, qui factum ſit, ut Wernsdorf editionem Venetam A. 1745 & 1746 antiquiſſimam nuncupaverit. *Poëtæ Latini minores. T. 5. P. 1 p. 209. & ſequ. cur. Jo. Chriſt. Wernsdorf. Altenburgi* 1788. 8.

v) In poſtremo imperfecti carminis hemiſtichio *et* omiſſum eſt. Editiones emendatæ habent: *Nec non & ſine aquis.*

ctissimi viri una mente consentiunt, hanc editionem Venetiis per Vindelinum de Spira typis esse expressam, id quod firmissimis argumentis probari potest. Quae autem huic volumini adjuncta sunt cetera Prisciani scripta, non modo loci, se ne anni quidem indicium habent; tamen dubium non est, quin eodem tempore & ex eadem officina ad hanc editionem perficiendam exierint. Sunt autem 1) Liber de praeexercitamentis Rhetoricae ex Hermogene translatis, 2) de versibus comicis ratio, 3) Commentarium Rufini de metris comicis, quod Prisciani scriptis saepe fuit insertum, 4) L. de declinatione nominum, 5) Prisciani interpretatio (metrica) ex Dionysio de situ orbis x). — Nitidissima est haec editio magnique pretii y); verum in ea, ut

c erat

x) Hujus Poëmatis argumentum Wernsdorf dilucide proponit. *Periegesis Prisciani Graecae a Dionysio scriptae non mera versio, sed liberior explanatio est, ita quidem, ut dispositio Graeci poëmatis & ordo rerum servetur, sed omnia pro consilio & persona scribentis diverse, atque mox brevius & contractius, mox latius & copiosius, auctoritate magis novi scriptoris, quam fide interpretis enarrentur. Consilium autem auctoris, ut ipsius Dionysii, est, ut, quod ipsa operis inscriptio indicat, terram habitabilem & maria, quae tum navigari poterant, quasi circumeundo & lustrando describat. &c. &c. l. c. p.* 262.

y) Quod de hoc libro cel. *Panzer* parum accurate scripsit, culpae ei non est dandum; rarissima enim editio

erat consvetudo per primam artis impressoriæ ætatem, omissæ sunt omnes voces græcæ; neque nostrum exempler lacunas iis relictas calamo expletas habet. Char. rom. Sine tit. sign. cust. & pagg. num. Lin. 41. Foll. 286. Fol.

est, quam multi doctissimi viri voluerunt, nec potuerunt, videre — *Cette edition, (A. 1470) sans nom de lieu, est régardée comme la première; elle est très-rare, & n'a qu'un prix arbitraire.* Osmont l. c. T. 2. p. 115.

Marci Tullii Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium Libri IV & de Inventione Libri II, Venetiis 1470 a). Quem auctorem Libri ad Herennium habeant, in magna controversia etiam nunc versatur, quam dirimendam aliis, siquidem dirimi potest, relinquimus. Satis erit dicere, qui istos non a Cicerone, sed Ciceronis quidem ævo conscriptos arbitrantur, horum argumenta & auctoritatem maximi esse apud nos ponderis. — In fine libri quarti sive ultimi ad Herennium hæc verba litteris capitalibus expressa apparent: *Marci Tullii Ciceronis Oratoris Clarissimi Ad Herennium Rhetoricorum Novorum Liber Ultimus Feliciter Explicit.* Ad calcem vero operis:

Emendata manu sunt exemplaria docta
Omniboni: quem dat utraque lingua patrem.
Hæc eadem Jenson ueneta Nicolaus in urbe
Formauit: Mauro sub duce Christóforo.

Quibus addita sunt, characteribus capitalibus: *Marci Tullii Ciceronis Oratoris Clarissimi Rhetoricorum Veterum Liber ultimus Feliciter Explicit.* M. CCC. LXX. Ex his autem liquet, hanc editionem, quam recognovit Omnibonus, Grammaticus multi nominis, idemque Philosophus & Rhetor, qui & Leonicenum ex natali loco se apellavit, typis

a) Panzer l. c. Vol. 3. p. 69. — Quæ in Catologo librorum Bibliothecæ Academiæ Upsaliensis memoratur hujus operis editio, nullis numerorum aut litterarum notis distincta, quin eadem, quæ hæc nostra, sit, nobis non dubium videtur.

typis exscriptam fuisse a Nicolao Jenson, qui proximus post Fratres Spirenses artem typographicam Venetiis maxima cum laude tractavit b). — Princeps hæc editio est & nitidissima, cui cum Osmont pretium centum Libr. Gall. statueret, nimio certe eam non taxavit c). — Bibliothecæ nostræ exemplar, quod olim possedit A. A. v. Stjernman, munificentiæ debetur ejus generi Olavi Celsii, dum vixit, Episcopi & Procancellarii Lundensis, qui se id donasse propria manu adnotavit; idemque illud est (quo ipso magnus ad ejus laudem cumulus accedit), cujus mentinoem Clement in laudatissimo suo opere facit d). Tanta, quanta maxima

b) Characterum Jensoni & Fratrum Spirensium facilis distinctio est. Ille enim diphthongos æ & œ adhibuit, hi non item. Cfr. p. 11. Omnibonus clarissimo Jenson in auctoribus classicis edendis auxiliares sæpe præbuit manus. Qui de horum virorum eximiis in rem litterariam meritis plura legere cupiat, adeat J. G. Schelhorn in Anleitung für Bibliothekare und und Archivare. Zw. Band. Ulm 1791. 8. p. 51. sequ. p. 95 sequ.

c) l. c. T. 1. p. 193.

d) *L'exemplaire de M:r Stjernman, que l'on a annoncé dans les Hamburgische Berichte* (1740 p. 769.) *est imprimé sur Velin, & l'on assure qu'il est in 4:to. M:r Maittaire, qui indique cette Edition, dans ses Annales, T. 1. p. 288. dit au contraire qu'elle est in Fol. mais ce petit in Fol. peut fort bien passer pour un grand in 4:to. On a placé cette edition parmi les in Fol. dans le catal. Bibliothecæ*

maxima esse potest, venustate se commendans, pergamenis impressum est, litterasque initiales librorum inauratas ac variis picturis decoratas, capitum vero cæruleas vel rubras habet. Char. rom. & pulcherrimus; i punctum habet; punctum, colon, signumque interrogationis notæ sunt divisionis. Sine tit. sign. cust. & pagg. num. Lin. 30. Foll. 138. Forma folii est quadruplicati.

M. Accii Plauti Comœdiæ xx, Venetiis 1472 e). Ætate A. Gellii, ut ipse narrat f), comœdiæ circiter centum atque triginta sub Plauti nomine circumferebantur, quarum pleræque pro spuriis jam tum jure fuerunt habitæ. Quas vero ab iis unam & viginti segregaverat Varro, non dubiosas, sed omnium consensu Plauti esse constat. Ex his præter unam (Vidulariam) omnes supersunt g), atque hac continentur editioni, quæ prodiit cura Georgii Merulæ Alexandrini, qui scriptis, in primis historici argumenti, variisque in auctores præclaros commentariis nomen suum illustravit. — Præcedit Editoris epistola ab his incipiens verbis: *Reverendissimo in Christo patri & domino Jacobo Zeno Pontifici Patavino Georgius Alexandrinus Salutem plurimam dicit.*

 Libet

Harleiana Vol. III. 1744. *in 8:vo. p* 67. l. c. T. 7. p. 153. Quam vero ante oculos habemus editionem, ad libros in 4:to referendam esse, tuto adserimus.

e) Panzer l. c. V. 3. p. 87.

f) Noctium Atticarum L. 3. C. 3.

g) Sunt, qui *Querulum* Plauti esse, neque ullam ingeniosissimi Poëtæ comœdiam periisse statuant.

Libet laborioſi mei conatus: ne dicam temerarii difficultatem iis verbis præfari Reverendiſſime Pater. Quibus apud eum Poëtam: quem pro virili noſtra corrigendum & emendandum ſumpſimus; Toxilus ſeruus & pauper amorem ſuum grauem: moleſtum: atque erumnoſum conqueritur.

Qui amans egens ingreſſus eſt princeps in amoris uias:
Superavit erumnis ſuis erumnas herculis:
Nam cum leone: cum excedra: cum ceruo: cum apro ætolico:
Cum auibus ſtymphalicis: cum antæo deluctari mauelim:
Quam cum amore: ita fio miſer quærendo argento mutuo:
Nec quicquam niſi non eſt: ſciunt mihi reſpondere: quos rogo.

Nam Plautinæ uiginti Comœdiæ: quæ ad hoc ævi duntaxat extant: Latinæ ſcilicet linguæ deliciæ: rerum atque verborum uenuſtate: & feſtiva ſermonis elegantia: legentium animos mira voluptate afficerent: niſi pluribus in locis dimidiatæ haberentur: Et tum temporum injuria: tum litteratorum negligenti arrogantia: & librariorum inſcitia deprauatæ forent: &c. Sequuntur *De vita Comœdiisque Plauti excerpta quædam ex Auctoribus graviſſimis,* & deinde index comœdiarum, ſingulis principio appoſito. In fine hæc: *Plautinæ uiginti Comœdiæ: linguæ Latinæ deliciæ: magna ex*

ex parte emendatæ per Georgium Alexandrinum: de cujus eruditione & diligentia indicent legentes. Impressæ fuere opera & impendio Joannis de Colonia Agripinensi: atque Vindelini de Spira. VENETIIS M. CCC. LXXII. *Nicolao Throno Principe iucundissimo & Duce fæliciſſimo.* Princeps hæc editio eſt & rariſſima h), ſed mendis referta, quam ſexcentos, & amplius errores depravare teſtis eſt Cornelius Vitellius i). i punctum habet; colon, punctum, ſignumque interrogationis verba a ſe invicem diſtinguunt. Char. rom. Sine tit. cuſt. & pagg. num. Lin. 41. Fol. 242. Fol. — Exemplar noſtræ Bibliothecæ nitidum eſt & perfectum. Litteræ initiales comœdiarum pulcherrime ſunt pictæ, ſcenarum rubræ & cæruleæ. — Quæ de hac editione Panzer habet, emendatione egent, claroque ſunt indicio, hujus libri copiam viro librorum notitiæ

h) *Cette première édition eſt très-rare, elle a été vendue chez M. du Fay 55. l. & chez M. le Comte Hoym 90 l.* Osmont l. c. T. 2. p. 84. *Cette édition, la premiere & l'originale de ce livre, eſt très-rare, & fort recherchée des curieux. — — — Un très-bel exemplaire de cette rare edition a été vendu chez le Dr. Aſkev, 13 liv. Sterl. 2 ſchel. & un autre moins bien conditionné chez. Mr. le duc de la Valiere, 463 l. tournois.* — Periergi Deltophili (quo ſub nomine latet Comes de Rewiczky) Bibliotheca Græca & latina. Ed. alt. Berolini 1794. p. 89.

i) Cfr. Jo. Alb. Fabricii Biblioth. Lat. ed. Jo. Aug. Erneſti. Lipſiæ, 1773. Tom. 1. p. 15.

tiæ ſtudioſiſſimo non fuiſſe id quidem temporis, quo de ea ſcripſit; quod vel ex iis, quæ in medium attulimus, facile cognoſcitur.

Caji Plinii Secundi Hiſtoriæ Naturalis Libri xxxvii, ex emendatione Philippi Beroaldi, Parmæ 1476 k). Priores tres paginæ duas Plinii junioris de Avunculo ſuo epiſtolas, atque nonnulla alia doctorum virorum de eodem teſtimonia continent, quæ eo ſequuntur ordine, quem iis præfixi tuli, quos ſubjungere libet, indicant: 1) Cajus Plynius Marco Suo Salutem. 2) Suetonii Tranquilli In Libro De Viris Illuſtribus. 3) Cajus Plynius Tacito Suo Salutem. 4) Item Tertulliani In Apologetico. 5) Item Ex libris De Temporibus Euſebii Cæſarienſis. — Verſa pagina folii ſecundi nihil habet. In fine libri ultimi hæc litteris majuſculis exſtant: *Caji Plynii Secundi. Naturalis Triceſimiſeptimi Et Ultimi Finis Impreſſi Parmæ Ductu Et Impenſis Mei Stephani Coralli Lugdunenſis.* M. CCCC. LXXVI *Regnante Invictiſſimo Principe Galeacco Maria Mediolani Duce Quinto.* Poſtremo legitur epiſtola Philippi Beroaldi Bononienſis, Medici, Philoſophi, & Rhetoris, qui tum ſcriptis, quæ proprio, ut dicitur, marte confecit, tum a ſe editis veterum romanorum libris, laudem ſibi cumulavit. Scripta hæc epiſtola eſt ad Nicolaum Rauacaldum canonicum parmenſem; in eaque vir laudatus

k) Panzer l. c. Vol. 2. p. 351.

datus innumerabiles, quos in voluminibus plinianis deprehenderat, errores emendare, summa se inquit diligentia studioque acerrimo enixum esse, neque, ut opinatur, infelici successu. Quod ne arroganter jactasse videatur, rationem reddit, cur loca quædam correxerit; omnia autem referre se posse negat, cum sexcenta sint, & voluminum opere explicanda. — Quæ Plinii Historiæ Naturalis prima editio in publicum prodiit, Venetiis A:o 1469 impressa est, quam cum Harduinus ignoraret, istud opus a Joanne Andrea, Episcopo Aleriensi, omnium primo (Romæ A:o 1470) vulgatum esse statuit l). In majorem autem errorem cel. Fabricius aliique doctissimi viri inciderunt, Editioni Veronensi anni 1468, qualis nulla exstitit, primarium tribuentes locum m).— Nostra Editio quinta est, magni æstimata, speciosa raroque obvia, quam in

d per-

l) *Ut primum divino munere typis edendi libros ars est concessa mortalibus, publicandi statim Pliniani operis mentem viris cum nobilitate, tum omni virtutum ac doctrinarum genere clarissimis Numen injecit. Quamquam alias nemo tam obscurus fuit, quin illustris esse cœperit, posteaquam huic operi manus admovit. Vulgavit igitur illud omnium primus Joannes Aleriensis Antistes in Corsica. Hunc ille primus omnium agrum aravit: sed sentibus, ut ita dicam, rubisque plenissimum*: &c. Vide Plinii Historiæ Naturalis Editionis Harduinæ, Parisiis 1723, Tom. 1. Præf. p. 2:dam.

m) Jo. Alb. Fabricii Biblioth. Lat. Tom. 1. p. 405. Hamburgi 1721.

permultis librorum catalogis iisque locupletiſſimis fruſtra quæſivimus; diphthongos æ & œ, punctum, colon ſignumque interrogationis, non vero reliquas interpunctionis notas habet. Librorum litteræ initiales pictæ, ſed nullo circumdatæ ornatu, ejusque magnitudinis ſunt ut usque ad lineam decimam tertiam vel quartam porrigantur; capitum, alternis rubræ & cæruleæ. Char. rom. Cum cuſtod. Sine tit. ſignat. & pagg. num. Lin. 50. Fol. 356. Fol maj. lato margine.

Lucii Coelii Lactantii Firmiani Opera Venetiis 1478 a). Prima horum Editio, quæ in Monaſterio Sublacenſi A:o 1465 prodiit, ob id præſertim memorabilis eſt, quod Donatulo ad Puerulos excepto, cujus omnia exemplaria ante noſtram ætatem perierunt, primus fuit liber in Italia impreſſus. Secunda Editio Romæ lucem adſpexit A:o 1468. Ea vero, de qua hic mentio fit, decima eſt appellanda. In hac præcedit index, qui ſingula capita Librorum de Inſtitutionibus Divinis, de Ira Dei, de Opificio Dei exhibet, novemque folia implet. Sequuntur duo, quæ continent errata per Antonium Raudenſem collecta, octoque verſus, quibus Frater Adamus (Montaltus) Genuenſis in Fratrem Antonium ita invadit:

Hic male corripuit ſtolidis Antonius auſis
Auctorem: in uariis cauſa pianda locis.
Non erat in tenebris errantis imaginis aſtrum
Dicere: uel nitidum luce carere jubar.

De-

a) Panzer l. c. Vol. 3. p. 137.

Denique cum sanctæ ecclesiæ pia lumina: constet
Obsequio: ex tanto conticuisse viro.
Tu uero eloquio lingua interdicta latino:
I cubitum: nam te pensitat eleborum.

Librum de opificio Dei excipit carmen de Phœnice, cui hic titulus miniatoris, ut videtur, calamo præscriptus est: *Carmen centimetrum ejusdem Cælii Lactantii Firmiani de natura & vita admirabilis unicæque fœnicis* o). Additi sunt 12 versus de eadem ave ex Ovidii Metamarphoseon Libro XV, sexque ex cantu XXIV illustris Dantis poëmatis, quod L'Inferno inscribitur. Subsequitur, adscripto titulo, carmen paschale, cujus in fine hæc: *Impressum est hoc opus Venetiis impendio providorum virorum Johannis de Colonia: Johannisque Manthen de Gheretzem sociorum Anno salutis dominicæ.* M. CCCC. LXXVIII. XXVII. *Augusti* p). *Laus Deo.*

Arguit hic hominum sectas Lactantius omnes
Septeno falsas codice vera docens.
Siue deum tangat: turbato lumine cernens
Ira furor: gemino pernotat inde libro.

o). De auctore ejus carminis magna dubitatio & controversia inter eruditos est; eorum vero argumenta præponderare videntur, qui id a Lactantio esse confectum existimant. Ad carmen Paschale quod attinet, hoc non Lactantii, sed Venantii Fortunati esse, docti viri persuasissimum sibi habent. Cfr. J. Chr. Wernsdorf. l. c. T. 3. p. 283. Altenburgi 1782.

p) Johannes de Colonia & Johannes Manthen de Gheretzem socii & fuerunt & appellantur; quorum tamen ille in nonnullis libris excudendis socium habuit Vindelinum de Spira.

Et uolucrum uersu phœnix comprehenditur una:
Quæ nostro nunquam pascitur alma solo.
Hincque redemptoris nostri non carmina desunt:
Quæ positum e tumulo dulce canendo uocant.
Presserat hunc primo mundi caput inclyta Roma.
Post regina premit quippe colenda maris. q).

Rarissima hæc editio est & nitida, atque præ multis aliis antiquis accurata. Nota diphongi æ est e cum unco subnexo; voces omnes græcæ typis expressæ sunt; punctum & colon, quæ asteriscos referunt duabus lineolis decussatim junctis, signumque interrogationis, nec aliæ distinctionis notæ occurrunt. Cunctæ litteræ initiales in nostro exemplo colore rubro adpictæ sunt. Char. rom. Cum signaturis. Sine tit. custod & pagg. num. Lin. 37. vel 38. Fol 219. Fol. min. Librum hunc Bibliothecæ dono dedit Illustr. Melchior Falkenberg, qui in eo sua manu hæc scripsit verba; *Academiæ Carolinæ dicatus a Cancellario M. Falkenberg. S. R. S.* Insigne etiam Illius tegumento intus adfixum est.

Biblia Latina Vulgata, Venetiis 1480 r). Bibliorum editionum vetustissima est, quæ in Civitate Moguntina A:o 1462 prodiit versio latina vulgata, quam constat intra XVIII annorum spatium super XXX editiones latinas secutas esse. Editio, de qua hic dicitur, omnes tam Veteris, quam Novi

q) Neophythomon Lactantii Firmiani, cujus Panzer aliique mentionem faciunt, in nostro quidem exemplari desideratur. r) Panzer l. c. Vol. 3. p. 153.

vi Teſtamenti libros continet, præfaminis loco habens epiſtolam Sancti Hieronymi ad Paulinum Presbyterum s), cujus hæc prima verba: *Frater Ambroſius tua mihi munuſcula* (litteris majoribus expreſſa) *perferens. detulit ſimul & ſuauiſſimas litteras: que a principio amicitiarum fidem probate jam fidei. & veteris amicitie noua preferebant. Vera enim illa neceſſitudo eſt & chriſti glutino copulata. quam non utilitas rei familiaris. non preſentia tantum corporum. non ſubdola & palpans adulatio: ſed dei timor. & diuinarum ſcripturarum ſtudia conciliant.* &c. Libris tantum non omnibus præfixi ſunt prologi conſcripti ab Hieronymo, qui ſancti & beati nomen per vices habet, quorum ipſorum pleroſque, itemque memoratam epiſtolam, mutatis nonnullis locis, in Hieronymi operum Editione Colonienſi Anni 1616 t) (namque iſtam ad manum habemus) legere licet. — Paginæ omnes in duas diviſæ ſunt columnas, rectæ cuivis ſuperimpoſito titulo, niſi ubi in verſa pagina initium cujusdam libri fiat. In fine Apocalypſis hæc: *Explicit biblia impreſſa Venetiis per Franciſcum de hailbrun.* M. CCCC. LXXX. Sequuntur deinde interpretationes hebraicorum nominum ſecundum ordinem alphabeti, quæ XLVII foliis con-

s) Quam hoc principium antecedit: *Incipit epiſtola ſancti Hieronymi ad Paulinum presbyterum: de omnibus diuine hiſtorie libris. Capitulum I*

t) Tom 3. p. 283. & ſqq.

comprehensæ hisce terminantur: *Expliciunt Interpretationes hebraicorum nominum. Luus Deo.* Frequentissimæ lectuque sæpe difficiles sunt abbreviaturæ; nullæ diphthongi, neque nisi punctum, colon, signumque interrogationis aliæ distinctionis notæ. — Hieronymi Epistolæ littera initialis F auro splendidisſimisque coloribus & ornementis in nostro exemplari illustrata est; neque autem, ut apud Panzer legitur, Hieronymi iconem exhibet. Similiter etiam fulgent, quæ libri Geneseos prima est littera, primaque ejus pagina. Reliquæ librorum & præfationum litteræ initiales satis eleganter pictæ sunt, & pariter atque capitum alterne rubræ & cæruleæ. Char. gothicus. Cum signaturis. Sine tit. cust. & pagg. num. Lin. 51. Fol 492. 4. — Librum hunc rarissimum, 60 thaleris imperialibus emtum, A:o 1793 Bibliothecæ donavit R. S. Melchior Falkenberg, qui sua ipsius manu in eo adscripsit: *Bibliothecæ Academiæ Lundensis dicat M. Falkenberg olim Cancellarius.* Insigni Illustr. Viri tegumentum intus decoratur.

Pag. 23 lin. 11 Sine tit. cust. lege Sine tit. sign. cust.
Pag. 24 lin. 10 tuli l. tituli.

PAULI OROSII Hiſtoriarum Libri VII, Vicentiæ circa annum 1475 u). Paulus Oroſius, Hiſpanus Tarracone natus, cum divinis tum maxime humanis litteris eruditus, ſæculo quinto floruit, ſuaſuque ſancti Auguſtini, apud quem multum gratia valuit, hiſtoriam inde ab initio mundi usque ad ſua tempora ſive ad annum 416 p. Nat. Chriſti, ſeptemque in libros diſtributam conſcripſit. Cl. Haverkamp, cui optimam Oroſii editionem debemus, hanc noſtram antiquiſſimam eſſe male judicavit. Prima enim editio Auguſtæ Vindelicorum anno 1471 lucem vidit, neque ante annum 1475 Herrmannus Levilapis (Lichtenſtein) Colonienſis, cujus ex typographeo noſtra prodiit, imprimendis libris præfuit. Secunda vero hæc eſt, quam enim Leonardus Baſilienſis, prætermiſſo anni indicio, Venetiis impreſſit, noſtræ non niſi repetitam editionem eſſe, nulli dubitamus, licet contrariam opinionem Osmont ſecutus ſit v), & quæſtionem hanc in medio Panzer reliquerit. Folii primi prima pagina nihil habet; averſa autem hæc litteris capitalibus expreſſa: *Scias Velim Humaniſſime Lector: Æneam Vulpem Vicentinum Priorem Sanctæ Crucis Adjutore Laurentio Brixienſi Hiſtorias Pauli Oroſii: Quæ Continentur Hoc Codice: Quam Accuratiſſime potuit: Caſtigaſſe: Cui Non Improbando Sane Labori Si Quid Ex Ingenio Tuo Vel Melius: Vel Ap-*

u) Panzer l. c. Vol. 3. p. 522.
v) Osmont l. c. T. 2. p. 25.

Aptius Addendum Putabis: Id Honore Ejus Integro Facias: Obsecro: Quod Est Non Ingrati Animi Officium. Sequitur Pauli Orosii ad Aurelium Augustinum Epistola, quam in secundi folii secunda pagina excipit ipsum opus, cujus in fine:

Vt ipse titulus margine in primo docet:
Orosio nomen mihi est.
Librariorum quicquid erroris fuit:
Exemit Æneas mihi.
Meque imprimendum tradidit non alteri
Hermanne: quam soli tibi
Hermanne nomen hujus artis, & decus:
Tuæque laus Coloniæ.
Quodsi situm orbis: sique nostra ad tempora
Ab orbis ipsa origine
Quisquam tumultus, bellaque, & cædes uelit
Cladesque nosse: me legat.

Editio pulchra & rarissima, quæ diphthongos æ & œ, punctum, colon, comma signumque interrogationis habet. Litteræ parvæ initiales ubique a typographo sunt adjectæ. Exemplar nostrum coloratum; litteræ librorum initiales splendide pictæ & inauratæ, capitum alternis rubræ & cæruleæ. Secundi folii prima pagina, ubi initium habet Orosii Epistola, picturis fulget marginalibus, & insigni, quod duo cornua corona cincta repræsentat. Char. Rom. Sine custod. signat. & num. Lin. 39. Fol. Min.

FA-

Fasciculus Temporum, Belgice, Ultrajecti 1480 x). Historiam universalem ab initio mundi ad annum 1474, quam Fasciculum Temporum nuncupavit, conscripsit Wernerus Rolevinck, monachus ordinis Carthusiensis. Fuisse hunc librum suo tempore celebrem, testantur sæpissime sæculo xv repetitæ ejus editiones, quem e latino in belgicum conversum, unaque parte auctum Ultrajecti A:o 1480 in lucem emisit Joh. Veldenar, studio historico impense deditus. Pagina prima hujus editionis nihil habet, secunda autem figuram ligno incisam duos leones scutum vacuum tenentes exhibentem cum hac inscriptione: *Innicium sancti ewangelii secundum johannen Gloria tibi domine.* Implexis frondibus decorata figura est, atque versibus XIV prioribus Capituli I Evangelii Johannis circumcincta. Sequuntur præfatio, & index alphabeticus sine paginarum numeris. Præfationis & ipsius Historiæ primæ paginæ encarpis coronatæ sunt; figuræ ligneæ in utraque operis parte passim occurrunt; quæ autem secunda est pars, initium in folio CXCIV habens atque a Johanne Veldenar (uti clarissimi auctores existimant) confecta, ec etiam conspicua, quod insignibus principum aliorumque virorun, de quibus mentio fit, ornatur. In recta pagina ultimi folii (versa enim vacua est) hæc leguntur: *Hier Eyndet dat boeck dat men hiet fasciculus temporum in houdende die Cronijcken van ouden tijden Als van dat die*

e *werlt*

x) l. c. Vol. 3. p. 547

werlt eerst ghescapen is Ende van dat Adam ende Eua eerst ghemaect worden totter gheboert xpristi toe Ende voert van allen Paeusen ende Keyseren die nader gheboert xpristi gheweest hebben tot noch toe Ende daer nae corttelick beslutende mit die Cronijcken der coninghen van vranckijck. Van Enghelant Ende van die hertoghen van brabant. Ende van die Biscoppen van Utrecht Ende van die Greuen van vlaenderen. van hollant. van Zeelant. van henegouwen. van Ghelre. van Cleue. tot huden op den dach toe By my volmaect jan veldenar woennende tutrecht opten dam Int jaer ons heren MCCCCLXXX *op sinte valentijns dach op die vastelauont* &c. Quibus verbis subjuncta est eadem figura ligno incisa, quam nuper memoravimus, sed sine inscriptione aut circumducta scriptura. Editio tam rara quam pulchra digna certissime fuit, cui in Bibliothecæ ornamentis nomen Cel. Clement adjudicaret y). Char Goth. Sine cust. & signat. cum num. Fol. 330. Fol.

Marci Tullii Ciceronis Rhetoricorum, vulgo veterum, seu de Inventione Libri II, & Rhetoricorum, vulgo novorum, sive ad Herennium Libri IV, cum Marii Fabii Victorini Commentariis, Venetiis 1481 z). Fabius Victorinus gente Afer sæculo quarto Romæ vixit, ubi magno applau-

y) l. c. T. 8. p. 259.
z) Panzer vol. 3. p. 172.

plausu dicendi artem tradidit, suoque docendi genere adeo inclaruit, ut post mortem statuam ei discipuli ponerent. Admirationem itaque non habet, ejus in Cireronis Rhetorica commentarios fama fuisse celebratos postque inventam typographiam sæpius editos. Eorum prima editio Mediolani A:o 1474 prodiit; nostra vero, ni valde fallimur, secunda est atque sine ullo dubio summæ raritatis. Recta pagina folii primi nihil habet; versa autem M. F. Victorini præfatione impletur, cujus hæc prima verba: Marii *Fabii Victorini Rhetoris in rhetoricis Ciceronis liber primus incipit.* Omnis *Quicunque incipit cujuscunque generis orationem hæc tria in principiis adhibere debet: ut auditores faciat attentos: beniuolos: dociles: Ergo hic Cicero facit dociles auditores: cum quid sit eloquentia ostendit. Attentos: cum dicit se de eloquentia dicturum: re scilicet magna. Beniuolos si quidem: quia ostendit futurum ei commodum qui his artibus fuerit edoctus. &c.* In subsequenti pagina initium fit operis. Ciceronis textus mediam paginarum partem; exteriores vero tres margines, ubi opus fuerit, occupant commentarii minore charactere & lineis minus a se distantibus impressi. In fine libri 2:di de inventione hæc leguntur: *Marci Tullii Ciceronis oratoris clarissimi rhetoricorum veterum liber ultimus fœliciter explicit.* Folium vacuum rhetorica vetera secernit a novis, quibus nullus cujusvis generis titulus præfixus est. Ho-

rum ad calcem exſtant: *Venetiis per Baptiſtam de Tortis* M. CCCCXXXI *die* XXIIII. *Januarii.* Iis in eadem pagina ſubjectum eſt *Regiſtrum Rhetoricorum Veterum & nouorum.* Character pulcherrimus eſt. Punctum & colon ſolæ ſunt diviſionis notæ; diphthongi æ & œ ubique occurrunt. Litteræ initiales nullæ, ſed in noſtro exemplo colore rubro adſcriptæ. Char. Rom. Cum ſignat. ſine cuſt. num. aut inſcript. Rhetorica vetera 92 folia; nova 86 continent; illorum plagulæ per quaterniones, horum, primis exceptis, per terniones diſpoſitæ ſunt. Fol. a).

JOHANNIS DUNS SCOTI ſcripta in IV Libros Sententiarum Petri Lombardi; *Ejusdem* Quodlibeta; Norimbergæ 1481 b). Neminem facile fugit, Thomam Aquinatem & Johannem Duns Scotum inter Scholaſticos ita eminuiſſe, ut duas & diverſas quidem ſectas conſtituerent, quarum altera Thomiſtarum, altera Scotiſtarum nomen habuit. Floruit vero Joh. Duns, cognomine Scotus, in Northumbriæ urbe Emildon natus, ad finem ſæculi XIII initiumque decimi quarti, quem propter ingenii acumen doctoris ſubtilis titulo appellarunt. — Hæc ambo ejus opera per Thomam Panchet caſtigata ex eadem officina iisdem typis impreſſa ſimul prodierunt, eodemque volumi-

mi-

a) Primus hic fuit liber, qui ex Baptiſtæ de Tortis officina prodiit.

b) Panzer l. c. Vol. 2. p. 187.

mine in nostra quidem Bibliotheca continentur. Præcedit *Prologus*, cujus prima verba: *Johannis duns Scoti ordinis minorum doctoris precellentissimi scriptum super primo Sententiarum incipit feliciter.* In fine libri primi: *Explicit scriptum super primum sententiarum editum a fratre Johanne duns ordinis minorum doctore subtili & excellentissimo. per famosum sacre theologie professorem magistrum thomam panchet anglicum in uniuersali studio patauino ordinarie legentem non modica diligentia castigatum. Impressum Nurenberge impensis & mandato Antonii Koburger. Anno salutis &c.* LXXXI. Ceteri etiam libri subscriptiones ejusdem fere sensus habent. Ad calcem libri quarti legitur: *Johannis duns scoti subtilis opus preclarissimum in quartum sententiarum ceteris theologie voluminibus diligentius castigatum per venerabilem thomam anglicum ordinis here mitarum in theologia padue ordinarium. impressione. ductu. & impensis Anthonii Koburger Nurenberge fideliter exaratum finit* XIX. *maij. Anno salutis &c.* LXXXI. *Laus & gloria deo in omnibus.* Postremum locum occupat: *Tabula in quartum sententiarum.* — Quodlibetum Scoti quinquaginta comprehenditur foliis & hæc in fine habet: *Finit quodlibetum Johannis duns scoti subtilis theologorum monarche. post scripta eiusdem super quatuor libris sententiarum per Thomam panchet anglicum in studio patauino ordinarie legentem diligenter ca-*

castigata. Et impensis Anthonii Koberger Nurnberge fideliter impressa Anno salutis. MCCCCLXXXI. — *Sequitur ordo questionum hujus quodlibeti*, quæ una & viginti sunt. — Frequenter punctum, rarissime colon; nullæ autem aliæ interpunctionis notæ occurrunt. Char. Goth. cum fol inscriptionibus. Sine custod. signat. num. & litteris initialibus, quæ in nostro exemplari eleganter sunt appictæ. Col. 2. Lin. circiter 70. Fol. maj.

ALEXANDRI DE ALES Summa Theologica, Norimbergæ 1481 & 1482, Voll: Quattuor. c). Auctor hujus libri ex angliæ monasterio, in quo educatus fuerat, de Ales vel Alesius apellatus, Parisiis Theologiam & Philosophiam docuit, S. Bonaventuram & Thomam Aquinatem discipulos habuit, eaque inter Scholasticos auctoritate valuit, ut nomen doctoris irrefragabilis & fontis vitæ additum ei sit. — Nostra Summæ ejus Theologiæ editio perfecta est & integra ob eamque causam adeo rara censenda, ut in pretiosissimis libris jure habeatur d). Mirum satis est, secundam partem ante ceteras lucem vidisse, id quod & subscriptio & doctissimi viri testantur. Prima pars, quæ

c) Panzer l. c. Vol. 2. p. 189, 190, 191, 192.

d) *Exemplaria hujus editionis, integra saltem, rara sunt obvia Plerumque una vel altera pars deest. Quare merito inter Bibliothecarum Cimelia refertur.* Seemilleri Bibliothecæ Acad: Ingolstadiensis Incunab. Typograph. Fasc. 2. p. 92. Ingolstadii 1788.

quæ volumine minor ceteris eſt, LXXIV quæſtiones complectitur, quarum tabula folia IV occupans præmittitur. In quinti folii prima pagina nihil; in ſecunda vero *In laudem irrefragabilis doctoris diui Alexandri de Ales: ordinis beatiſſimi Franciſci: pangericum carmen incipit*, & ita quidem:

Qui tibi maiorum repetis monumenta per orbem:
Patris Alexandri geſta viator habe:
Hic placito ſuperum prognatus gente britanna:
Protenus a puero flexit ad aſtra gradum.
Non gaze meminit: nec auorum rura licetur:
Pectore in eximio ſola minerua ſedet.
Ergo freta emenſus & vaſtos equoris amnes:
Se totum ad ſtudium pariſienſe tulit.
Quo vel ſocraticos vel ſummos quosque Platones.
Ingenio facile dexteriore preit.
Inde polum & celos & que ſuper aſtra geruntur
Rimatus: didicit abdita fata dei. &c. &.

Huic carmini in eadem pagina hoc ſubjunctum epitaphium:

Anno ab incarnatione domini. M. CCXIV XII. *Kalendis Septembris Obiit idem irrefragabilis doctor: pariſiis ſepultus: cujus tumba bis preconizatur metris.*

Clauditur hoc ſaxo famam ſortitus abunde:
Gloria doctorum decus & flos philoſophorum
Auctor ſcriptorum vir Alexander variorum
Norma modernorum: fons veri: lux aliorum.

In-

Inclitus anglorum fuit archileuita: fed horum
Scriptor clericorum: frater collega minorum
Factus: egenorum fit doctor: primus eorum
Si quis honos meritis: fi qui virtute coluntur:
Hunc animo prefer: hunc venerare patrem:
Nec forde & culpa pigritere per ocia defes:
Nancifci ftudio que minor ifte refert.

In fine tandem partis: *Explicit prima pars fumme Alexandri de Ales doct. irrefragabilis theologorum monarche diligenter emendate impenfis atque induftria Anthonii Koburger nurenberge impreffa & finita Anno falutis xpiane.* M. CCCCLXXXII. *die* XXIIII. *menfis Januarii.* — Secunda pars, in qua ficut in ceteris index materiarum & quæftionum præcedit, 189 quæftiones complectitur, & hæc ad calcem habet: *Explicit fecunda pars fumme Alexandri de Ales irreuocabilis anglici doctoris Anthonii Kobyrger impenfis Anno xpiane falutis.* M. CCCC. LXXXI. III. *Kl. decembris.* Tertiæ parti, qua 82 quæftiones continentur, funt fubfcripta: *Tercia pars fumme alexandri de ales theologorum parienfium monarche doctoris irrefragabilis que diligenter emendata & ad ordinem redacta. Impenfis Antonii Koberger Nuremberge impreffa finit: confummata pridie nonas Maji. Anno xpiane falutis.* M. CCCC. LXXXII. Quarta demum pars, quæ comprehendit quæftiones 114, hanc habet fubfcriptionem: *Incliti anglorum leuite. theologorum ifdem temporibus monarche Alexandri de ales: minorum fra-*

fratris mendicantium primi doctoris Summa theologicalis Anthonii Koburger Nurenberge impensis impressa: que diligenter visa & in formalem processum directa experientia edocebit. Et sub anno salutis xpianismi. M. CCCC. L XXXII. XXIII. *Augusti consummata est. Unde non immerito: laudes & gratias referamus deo.* Char. Gothicus. Sine litt. initial. num. custod. signaturis, cum foliorum inscriptionibus. Lin. 70. & 71. Col. 2. Fol. maj.

Digestum Vetus cum glossis, Norimbergæ 1482 e). Pandectas seu digesta, quæ conficienda jussit Imp. Justinianus, L. libris comprehendi notissimum est, quos a Justiniano in septem partes divisos in tres Bulgarus ejusque coævi distribuerunt. Primam partem *a Lib.* I *ad Libr.* XXIV *Tit.* III *de soluto matrimonio*, digestum vetus, secundam a Libr. XXIV Tit. III ad Libr. XXXIX Tit. I. *de operis novi nunciatione*, digestum infortiatum, tertiam tandem a *Libr.* XXXIX Tit. I. *ad finem*, dig. novum vulgo vocarunt. Digestum vetus, si cl. Morellio fides habenda, Anno 1476 primum idque separatim Perusiæ prodiit. Nostra vero illius editio tertia aut quarta est. In hac præcedit Epistola Justiniani cum glossis quinque paginas comprehendens, cujus ejusmodi initium: *In nomine domini Jhesu Christi: Imperator. Justinianus. Cesar. Flauius. Alamanicus. Gotius.*

f Fran-

e) Panzer l. c. Vol. 2. p. 192.

Francus Germanicus. Atticus. Affricus. Vandalicus. Pius. Felix. Inclitus. Victor ac triumphator. semper augustus. Theophilo & Dorotheo viris illustribus & antecessoribus salutem. Subsequitur deinde primus liber præeunte inscriptione: *In nomine domini amen. Justiniani sacratissimi principis perpetui augusti iuris enucleati ex omni veteri iure collecti digest. seu pandec. liber primus De iusticia & iure incipit.* In fine hæc leguntur: *Sacratissimi principis Justiniani pandectarum opus (quod digestum vetus vocitamus) vigili studio Impensis Anthonii Koburger Nurenberge est consummatum Anno dominice incarnationis Millesimoquadringentesimooctuagesimosecundo. Decimo kalendas decembres;* quæ ipsa verba colore rubro impressa sunt, quo etiam colore omnes tum capitum tum ceterarum divisionum tituli distinguuntur. Postremo & quidem in ultimi folii pagina aversa occurrunt rubricæ totius operis sive librorum XXIV. Cunctæ paginæ in duas columnas divisæ sunt, quarum mediam partem textus charactere majori, margines vero glossa charactere minutissimo expressa occupat. Glossa litteras initiales sed parvas habet, textus non item. Jis vero ubique appictis nostrum exemplar, quo non aliud pulchrius aut perfectius, decoratur. Char. Gothicus. Cum signat: Sine custod. & pagg. num. aut inscription. Fol.

Jo-

Johannis Petri de Ferrariis Juris Nova Practica, Norimbergæ 1482 f). Auctor, qui ad exitum sæculi xiv initiumque sæculi xv vixit, jus civile publice docendo ac perutilem hunc librum conscribendo de juris studiosis optime promeruit. Iteratæ sæpe sunt libri editiones, quarum vetustissima est veneta anni 1473; nostra quinta. In hac præcedunt *Tabula seu repertorium ad facile recipiendum formas presentis practice* folii primii versam paginam occupans, & index alphabeticus in tredecim paginis. Sequitur, interjecto vacuo folio, ipsum opus pro numero formarum exercendi judicii in quinquaginta duas sectiones distributum atque foliis ccxv comprehensum, cujus ad calcem hæc: *Opus presens insigne & admodum utile iuris noua practica appellatur: a iurisperitissimo Johanne petri (qui ferrariis floruit) de papia: curiose promulgatum. Impensis anthonii koburger Nurenberge effigiatum: Feliciter finit. Anno salutis christiane.* M. CCCC. LXXXII. *pridie kalendas Marcii.* Paginæ omnes in duas columnas divisæ; in folio ordine CLXXVIII, quod sicut index inscriptione & nota numeri caret, arbor consanguinitatis ligno incisa apparet; tituli cum formarum

 tum

f) Panzer l. c. Vol. 2. p. 191.

Pomponii Melæ Geographia, seu de situ orbis Libri tres; & Prisciani Interpretatio ex Dionysio de situ orbis, Venetiis 1482 g). Præcedit mappa geographica, quæ tres mundi partes pelagumque indicum, valde deformes repræsentat. Initio subsequentis folii, quod littera A 2 signatur, ideoque secundum dicendum, hæc rubro colore sunt impressa: *Pomponiæ Mellæ Cosmographi Geographia: Prisciani quoque ex dionysio Thessalonicensi de situ orbis interpretatio. Pomponii Mellæ de orbis situ Liber primus. Proœmium.* Opella vero Pomponii Melæ in recta pagina folii trigesimi hisce finitur: *Pomponii Mellæ de orbis situ. Finis perfaustus.* In ejusdem folii versa pagina Prisciani carmen principium habet, cujus ad calcem hæc: *Pomponii mellæ una cum prisciani ex dionysio de orbis situ interpretatione finit. Erhardus ratdolt Augustensis impressit Uenetiis. 15. Calen. Augusti Anno salutis nostræ. 1482. Laus Deo.* Litteræ initiales majores ligno satis eleganter sunt incisæ. Diphthongus æ notatur e cum unco suffixo. Punctum, colon, & comma signa sunt distinctionis. Charact. pulcher sed Goth. Cum signat. sine custod & pagg. num. aut. inscript. Lin. 31. Foll. 48. 4.

Petri de Abano Conciliator differentiarum Philosophorum & præcipue Medicorum, Venetiis 1483 h). Petrus de villa Abano, A:o 1250 natus, &

g) Panzer l. c. Vol. 3. p. 177.
h) Panzer l. c. Vol. 3. p. 185.

tempestate principis: impensa vero caractereque iucundissimo magistri Johannis herbort de Selgenstat alemani cuius ars & ingenium ceteros facile supereminet omnes; Impressum Venetiis anno vero. 1483. nonis februis. Sequuntur additamenta nonnulla, tum tabula quæ, quas auctor exposuit, quæstiones indicat, & denique paullo ante memorata epistola. Paginæ omnes in duas columnas sunt divisæ; colon punctumque verba a se invicem distinguunt; litteræ parvæ initiales plerumque adjectæ; prima cujusvis differentiæ vocabula litteris majoribus expressa. Charact. Gothicus cum signat. & pagg. inscriptionibus. Sine custod. & num. Lin. 63 Fol.

Johannis Tortellii Aretini Commentarii grammatici de orthographia dictionum e græcis tractarum, Venetiis 1484 i). Auctor, Romanæ Ecclesiæ subdiaconus, Papæ Eugenio iv, deinde Nicolao v. a cubiculis & secretis fuit, annoque 1466 Romæ decessit. Fuit hic vir grammaticæ & purioris latinitatis laude cumulatus, cui cum suos elegantiarum libros dedicaret Laurentius Valla, Theologorum facundissimum, item omnis scientiæ decus eum vocavit. Persæpe illius commentarii editi sunt, atque ævo etiam nostro, qui consulantur, dignissimi, quorum quidem constat vetustissimam editionem Anno 1471 prodiisse; utra uero princeps sit habenda, Romana, an veneta, inter eruditos non convenit. — In fronte nostræ editionis hæc litteris capitalibus: *Johannis Tortellii Arretini Commentariorum Grammaticorum De Or-*

bus animæ rationalis, IV de proprietatibus fubftantiæ corporeæ, V de difpofitione membrorum, VI de ætatibus, VII de infirmitatibus, VIII de mundo & corporibus cœleftibus, IX de tempore & partibus temporis, X de materia & forma, XI de aëre & paffionibus ejus, XII de avibus in generali & in fpeciali, XIII de aqua & ejus ornatu, XIV de terra & partibus ejus, XV de provinciis, XVI de lapidibus pretiofis, XVII de arboribus & herbis & earum proprietatibus, XVIII de animalibus, XIX de coloribus, odoribus, faporibus, & liquoribus. In prima pagina Editionis noftræ, quæ octava putatur, hæc tituli loco litteris majufculis leguntur: *Liber de proprietatibus rerum Bartholomei anglici*; in averfa incipiunt tituli librorum & capitulorum, qui tribus columnis diftincti in medio primæ paginæ fexti folii terminantur. Ejusdem folii fecunda pagina auctores, quibus Bartholomæus ufus eft, exhibet. Ad calcem: *Explicit liber de proprietatibus rerum editus a fratre Bartholomeo anglico ordinis fratrum minorum. Impreffus Argentine Anno domini.* M. CCCC. LXXV. *Finitus in die Sancti Valentini.* Nullam nifi punctum diftinctionis notam invenimus. Char. Gothicus. Cum tit. fignaturis, litteris initialibus parvis, & infcriptionibus. Sine cuftod. & num. Col. 2. Lin. 47. Fol.

NICOLAI DE TUDESCHIS, Archiepifcopi Panormitani, vulgo Abbatis Siculi Commentarii in

que Libros Decretalium, Norimbergæ 1485, & 1486 l). Auctor, qui Panormi A:o 1445 obiit, in viris sui ævi jurisperitissimis habitus fuit, & lucernæ juris cognomine dignatus. Præclara nostra editio ex omni parte perfecta est, quæ in tria volumina compacta integras ejus complectitur lecturas super decretalibus, quos novimus in quinque divisos esse libros, quibus rescripta Pontificia sub suis titulis digesta continentur. Primum nostrum volumen comprehendit partem primam, & secundam primi decretalium libri. In fine partis primæ: *Domini abbatis siculi pars prima super primo decretalium diligentissime emendata feliciter finit.* Ad calcem posterioris partis: *Exactum opus hoc videlicet secunda pars decretalium domini Nicolai siculi inclytis instrumentis famosisque litterarum characteribus. Castigatum vero habes adeo (quantum humane fragilitati possibile est) ut nihil sit ex omni parte addendum. Idque impressoria arte in Nurembergk ciuitate imperiali (multum famosa) impressum. Impensis Antonii Koberger inibi civem. Anno a natali xpiano.* M. CCCCLXXXV. *die Decembris secundo. Laus deo.* Subsequitur in eadem pagina: *Registri quaternorum ordo hujus partis.* — Volumen nostrum secundum continet primam, secundam, & tertiam partem secundi libri decretalium. In fine subscriptionis primæ partis: — *Anno labente incarnate deitatis.* M. CCCCLXXXVI. *Indictione.* IIII. *pridie Idus Januarii. Laus deo.*

l) Panzer l. c. Vol. 2. p. 199.

deo. In fine secundæ: — *Anno labente incarnate deitatis.* M. CCCCLXXXVI. *Indictione* IIII. *Idus vero Februarii.* III *Laus deo.* In fine tertiæ: — *Anno labente incarnate deitatis.* M. CCCCLXXXVI. *Indictio.* IIII. *die vero Marcii.* XI. *Laus deo.* Additus est in hac velut in ceteris partibus ordo quaternorum. Tertium nostrum volumen comprehendit auctoris Lecturas super tertio decretalium libro, itemque super quarto, & quinto. Ad calcem lecturæ super quarto L. hæc solum: *Explicit lectura do. Abb. siculi super quarto libro decretalium. sequitur lectura eiusdem super quinto,* cujus absoluta est, impressio, si fides habenda subscriptis his verbis: *Anno labente incarnate deitatis.* M. CCCCLXXXVI. *Indictione.* IIII. *Idus vero Aprilis.* VI. *Laus deo.* Subjunctum denique est: *Registrum quaternorum in hanc partem.* Char. Gothicus. Sine signaturis, custodibus, & num. cum pagg. inscriptionibus, & litter. initial. parvis. Col. 2. Lin 70. Fol. maj.

EJUSDEM REPERTORIUM, Norimbergæ 1485? m). — In primi folii prima pagina hæc, ex quibus hujus operis natura & argumentum satis elucet: *Repertorium siue tabula notabilium questionum articulorum: dictorum. & de omnibus his que ex copiosissime dictis doctorum signanter Reuerendissimi in xpo patris & domini: domini Nicolai archiepiscopi panormi. olim Abbatis siculi utiliora saltim atque in iuris practica magis necessaria di-*

m) Panz. l. c. Vol. 2. p. 199.

dinoscuntur. a reuerendissimo domino domino Al. (oysio) *de montaluo sacrorum canonum professore Serenissimique domini Ferdinandi regis castelle auditore referendario atque consiliario dignissimo edita. Ab eximio quoque viro domino Ludouico de campis eorundem Canonum. nec non sacratissimarum legum doctore celeberrimo diligenter visa. curiose masticata. salubriterque digesta. nec non suis in locis diligentissimis additionibus admodum aucta. deo optimo maximo duce feliciter incipit.* — Ad calcem: *Finit repertorium panormitani.* Accedunt vero tabula vocabulorum in quattuor columnis impressa, & in ultimi folii recta pagina registrum quaternorum hujus repertorii. Char Gothicus. sine custod. signatur. pagg. numeris & inscription. Col. 2. L. 70. Fol. Maj. Dubium nobis non videtur, quin hoc repertorium, quod neque anni neque loci notam habet, Norimbergæ ex officina A. Koberger ad perficiendos modo memoratos commentarios prodierit, quapropter in nostra bibliotheca eodem, quo horum duæ partes priores, comprehenditur volumine, primumque habet locum; tum sequitur prima pars super primo decratalium libro; eam inter & secundam partem in nostro exemplari complexum est subsequens opusculum:

ANTONII DE BUTRIO scriptum super primo decretalium, Partes duæ, Venetiis 1485. m). Auctor pa-

m) Panzer l. c. Vol. 3. p. 217.

patria Bononienſis, anno 1408 de vita exiit,, cujus libellum ad ſupplendas Panormitani lectures eſſe editum, vel ex primæ partis principio facile intelligitur: *Incipit lectura excellentiſſimi utriusque iuris interpretis domini Anto. de butrio a titulo de tranſla. prela.* n) *usque ad ti. de off. dele.* o) *ſuper quibus titulis dominus. Abbas non ſcripſit. vel ſi ſcripſit reperire poteſt nemo.* In fine: *Impreſſum venetiis per Bernardinum de nouaria. Anno* M. CCCC LXXXV. *die* XXI. *nouembris.* In fine partis poſterioris: *Impreſſum venetiis per Bernardinum de nouaria Anno domini.* M. CCCC. LXXXV. *die.* VII. *decembris.* Utraque pars parvulo regiſtro terminatur. Char. Gothicus. ſine cuſtod. inſcript.- num. & litteris init. cum ſignaturis. Col. 2. Lin. 66. Fol. maj.

PETRI DE CRESCENTIIS ruralium commodorum Libri XII, Argentorati 1486 p). Auctor, civis Bononieſis q), qui lectione & itineribus in varias terras inſtituris multarum rerum magnam comparavit ſcientiam, cum jam LXX annos eſſet natus, præclarum hoc de agricultura & univerſa œconomia rurali opus, ſæpius publicatum aliasque in

n) Tit. de tranſlatione prelatorum.

o) Tit. de officio & poteſtate judicis delegati.

p) Panzer l. c. Vol. 1. p. 29.

q) De tempore quo vixit nonnulla quidem fuit dubitatio, verum prorſus prævaluit horum ſententia, qui initio ſæculi XIV eum obiiſſe adfirmarunt.

in linguas versum, ruri vitam degens absolvit, cujus prima editio est anni 1471, nostra autem quarta existimatur. Prima ejus pagina hunc habet titulum litteris majusculis: *Opus ruralium commodorum Petri de crescentiis;* secunda est vacua. Sequitur deinde epistola ad Aymericum de placentia ordinis fratrum prædicatorum, quam in eadem pagina excipit librorum capitumque index, qui in columna prima primæ paginæ folii sexti terminatur; post hunc legitur epistola ad Carolum secundum Siciliæ Regem, & brevis præfatio, adeo ut in folio septimo principium fiat operis, cujus in fine hæc: *Finis libri ruralium commodorum Laus sit altissimo qui viuit per seculorum secula sine fine benedictus Amen.*

Presens opus ruralium commodorum Petri de crescentiis hoc industrioso caracterisandi stilo ad cunctorum utilitatem omnipotentis dei suffragio impressum est argentine. Anno domini. MCCCCLXXXVI. *Finitum quinta feria ante festum sancti Gregorii* Char. Goth. Cum tit. signat. pagg. inscript. & litt. init. parvis. Sine custod. & num. Col. 2. Lin. 46. Fol.

HORATII FLACCI Opera cum interpretationibus Christophori Landini, Venetiis 1486 r). Christophorus Landinus, Patria Florentinus, circa finem sæculi xv magna & multiplici doctrina inclaruit, cujus in Horatium commmentaria Florentiæ A. 1482 primo prodierunt, bis vero Venetiis A. 1483

r) Panzer l. c. Vol. 3. p. 23 r.

1483; noſtra vero editio quarta hujus generis nominanda eſt. In primi folii averſa pagina legitur: Ad Horatium Flaccum Ode Dicolos Tetraſtrophos Angeli Politiani, quam licet Maittaire, Fabricius, aliique libris ſuis inſeruerint, eam tamen, quam poſſumus accuratiſſime, in medium afferre ab re non erit.

Vates threicio blandior orpheo
Seu malis fidibus ſiſtere lubricos
Amnis ſeu tremulo ducere pollice
Ipſis cum latebris feras
Vates æolii pectinis arbiter:
Qui princeps latiam ſollicitas chelyn
Nec ſegnis titulos addere noxiis
Nigro carmine frontibus.
Quis te a barbarica compede uindicat
Quis frontis nebulam dispulit: & ſitu
Deterſo leuibus reſtituit choris
Curata iuuenem cute.
O quam nuper eras nubilus: & malo
Obductus ſenio: quam nitidos ades
Nunc uultus referens docta fragrantibus
Cinctus tempora floribus.
Talem purpureis reddere ſolibus
Lætum pube noua poſt gelidas niues
Serpentem poſitis exuuis ſolet
Verni temperies poli.
Talem te choreis reddidit & lyræ
Landinus ueterum laudibus emulus

Qua:

Qualis tu ſolitus tibur ad uuidum
Blandam tendere barbiton
Nunc te delitiis nunc decet & leui
Laſciuire ioco nunc puerilibus:
Inſertum thyaſis aut fide garrula
Inter ludere uirgines.

Sequitur in ſecundo folio interpretis *proemium* ad *Guidonem Feltrium Magni Federici Ducis* (Urbini) *Filium* ſcriptum, in tertio ejusdem de vita & ſcriptis Horatii commentatio; in folii vero quarti verſa pagina Odarum liber primus initium habet. Textus mediam paginarum partem, commentarii charactere minori & lineis ſibi invicem propioribus impreſſi margines occupant. In fine: *Impreſſum uenetiis per magiſtrum Bernardinum de tridino ex monteferrato Anno ſalutis.* M CCCC.LXXXVI. Accedit in eadem pagina regiſtrum chartarum, una & dimidia linea comprehenſum. Colon, punctum, atque diphthongi œ & æ adſunt. Char. Romanus. Cum pagg. inſcriptionibus, ſignat. num. & litteris initialibus parvis, ſed ſine cuſtodibus. Foll. 178. L. 57. Fol. Exemplar noſtrum mancum eſt & imperfectum, quod eodem, quo Conradi Reutinger Romanæ vetuſtatis Fragmenta impreſſa Auguſtæ Vindelicorum A:o 1505 & Codri opera Venetiis A:o 1506, ſervatur tegumento.

Opera Medica: 1) Liber Joannitii qui dicitur iſagoge in græco; 2) Libellus de pulſibus Philareti; 3) Libellus Theophili de urinis; 4) Hippocratis aphorismi in ordinem collecti; 5) Aphoris-

rismi ejusdem cum commento Galieni; 6) Liber pronosticorum ejusdem divisus in tres particulas; 7) Liber regiminis acutorum continens quattuor particulas; 8) Liber epidimiarum Hippocratis cum commento octo particulas continens; 9) Lib.'lus Hippocratis qui intitulatur de natura fœtus; 10) Liber Galieni qui dicitur tegni sive ars parva; 11) Libellus Gentilis de fulgineo de divisione librorum Galieni; 12) Libellus de lege Hippocratis, & libellus qui dicitur jusjurandum; Venetiis 1487 s). Collectio. hæc scriptorum medicorum, artisella Hippocratis, articella, & artis cella promiscue vocata, primo typis vulgata est Venetiis A:o 1483, diligentissime accuratissimeque, ut dicitur, emendata per Franciscum Argillagnes de Ualentia. Ad hanc editionem nostra expressa fuit, tantaque earum est similitudo & congruentia, ut sine accurato examine altera pro altera facile haberetur. In aversa primi folii pagina prologus editoris exstat, cui subnexus index tractatuum, qui isto volumine comprehenduntur. Initio folii secundi hæc litteris gothicis minoribus leguntur: *Incipiunt isagoge Joannitii ad tegni Galieni: Primus liber medicine.* Ad calcem operis: *Explicit Hyppocratis iusiurandum in cuiusdam sui libri principio inuentum: & e greco in latinum conuersum per Petrum paulum vergerium faciatum. — Venetiis per baptistam de tortis.* M.CCCC.LXXXVII. *die vigesimo Augusti.* Subseqnitur in eadem pagi-

s) Panzer l. c. Vol. 3. p. 242.

gina Regiſtrum chartarum; in ejusdem vero folii averſa pagina Franciſci argilagnis valentini ad lectores epiſtola, ex qua hæc, quæ in medio occurrunt, exſcribere juvat: *Letari igitur mirum in modum possunt nostre etatis homines quod in immensam librorum inciderint copiam: qua majores nostri & que hanc precessit etas caruerunt. videmus etenim eam impressorum numero intantum excreuisse: ut iam necesse sit non modo blbliothecas: verum etiam & domos implere. verum tamen non potuit hoc munus a diis collatum omni ex parte fuisse perfectum: nam etsi mortalibus ut antea dixi maximam hi viri attulerint utilitatem: tamen ut vulgo dici solet: Prope rosas sepe urtica sita est: cum huic rei unum deesse videam: diligentiam. s. & accuratam librorum emendationem. ego tamen pro virili mea emendando hoc opere quanta potui cura & sollicitudine versatus sum possum etenim gloriari me non id opus emendasse: sed fere totum scripsisse: ut facile quis comprehendere poterit collato utroque exemplari:* &c. Folii ultimi ſeu 212 prima pagina habet tabulam *super libros Tegni que ordinata est eodem ordine quo tabula posita supra ante libros pronostico.* Diphthongi nullæ; colon & punctum verba diſtinguunt; folia 151, 152, 153, 154 numeris carent, unde factum ut, quod ordine eſt 155 folium, nota numeri 151 ſit ſignatum. Char. Gothicus. Sine cuſtod. Cum pagg. inſcriptionibus, numeris, ſignaturis. Col. 2 Fol.

Codex Justiniani Imperatoris repetitæ prælectionis cum glossis, Norimbergæ 1488 t). Codicem sic dictum justinianeum jam Anno 529 publicatum fuisse constat, qui vero denuo revisus, emendatus, mutatus, novis legibus auctus, annoque 534 promulgatus, nomen Codicis repetitæ lectionis accepit. Ille ut abolitus fuit, ita periit; hic autem seu Codex repetitæ lectionis ad nostra tempora integer pervenit in libros XII divisus, quorum tres posteriores, qui ad jus publicum tunc temporis pertinere videbantur, a ceteris sæpe sejuncti prodierunt. Neque nostra editione nisi priores novem libri continentur, quorum argumenta his exprimi solent versiculis:

Pars Prior officia, & leges & sacra docebit,
Transigo, restituo, gero, postulo parte Secunda.
Tertia jus dicens, queritur, servit, petit, occat.
Actio, contractus, testes Quarta referantur.
Quinta dabit nuptas, tutelarumque figuras.
Sexta libertos & testamenta notabo.
Hepta manumittit, proscribit, provocat haud ter;
Pignorat octava, interdicit, dat, stipulatur.
Ultima multiplici Pars crimina lege flagellat.

In editione, quam ad manum habemus, præcedit registrum, tria folia implens. Primum operis folium in nostro exemplo deest; secundum vero epistolam Justiniani exhibet, cujus hoc principium:

h 2 Im-

t) Panzer l. c. Vol. 2. p. 205.

Imperator Justinianus pius felix inclytus victor ac triumphator semper augustus Menne prefecto proprio. Ex precepto hujus alme urbis Constantini consulis ac patricii summa reipublice tuitio de stirpe duarum rerum &c. Deinde sequitur constitutio *De emendatione codicis domini Justiniani secunda ejus editione*, hisce præscriptis: *Imperator cesar Flauius Justinianus Alemanicus Goticus Francus Germanicus Athicus Alanicus Vandalicus Aphricanus Pius Felix Inclytus victor ac triumphator semper Augustus senatui urbis constantinopolitane.* Liber primus in folio quarto initium habet. In duas columnas distinctæ sunt paginæ omnes, quarum margines glossa minori charactere excusa occupat. In fine rubro leguntur: *Codicis domini Justiniani principis sacratissimi repetite prelectionis liber nonus explicit feliciter. Deo gratias.*

Nostre redemptionis Anno M. CCCCLXXXVIII. III. *Kl's. Februarii. Sub imperio diui Federici principis inuictissimi anno imperii eius.* XXXVII. *Insculptum est hoc opus in Nuremberga oppido Germanie celebratissimo iussu Anthonii Kobergers ciuis Nuremborgensis.* Exemplar, quo nostra Bibliotheca ornatur, imperfectum, sed pulchrum est summaque cura rubricatum. Unumquemque librorum antecedit icon formæ quadratæ, qui imperatorem turba hominum stipatum repræsentat. Char. Gothic. Sine custod. Cum signat. num. & pagg. inscription. Foll. (excepto registro) 402. Fol.

Au-

Aurelii Augustini de Trinitate Libri xv, Basileæ 1489 u). Hæc editio, secunda aut tertia nominanda, ex officina Joannis de Amerbach prodiit, qui eam etiam laudem habuit, ut primus universa Augustini opera, undecim partibus distincta, novemque comprehensa Tomis, Anno 1506 in lucem emiserit. Prima nostræ editionis pagina hæc litteris majusculis habet: *Augustinus de Trinitate;* secunda est vacua. Initio folii secundi hæc: *Aurelii Augustini hipponensis episcopi in libros de trinitate: Argumentum operis totius ex libro retractationum.* Ad calcem ultimi libri: *Aurelii Augustini de trinitate liber explicitus est. Anno domini* M. CCCC. LXXXIX. Sequitur Tabula in libros præcedentes, typis minoribus impressa; postremo autem decem leguntur disticha:

Equora si penetrat Cyclops latera ardua necdum
Tingens: oceanum si breuis urna capit:
Mirabor. sed si mortalia dicere corda
Ausint, principium, vivere, & esse dei:
Mens stupet: horrescit ratio: pauet inscia lingua:
Credula vix ea res difficilis sed erit.
Quos ter quinque igitur pater Augustine libellos
Prescripsti a trino: legimus usque deo.
Nec sat erat legisse semel: quadratur ubique:
Biblia concordans: mendaque tersa cadit.
Quo sit: sublimem te aquilam dixisse pigebit:
Ethera transcendunt cum tua scripta nimis.

Sed

u) Panzer l. c. Vol. 1. p. 166.

Sed tibi quicquid erit laudis: summique volatus
Alitis: his nostris versibus ecce damus.
Nulla etiam anteferam: quæcunque volumina forte
Pagina sancta tenet: vir venerande tuis.
Impare nempe deos numero gaudere probasti:
Orsus ab excelso: singula terna facis.
Numine sancte tuo pater o tueare Joannem
De Amerbach: presens qui tibi pressit opus.

Char.*Goth. Cum tit. signat. pag. inscript. & litt. init. parvis. Sine custod. & num. Col. 2. Lin. 54. Fol. — Eadem volumine in nostra Bibliotheca continentur:

Aurelii Augustini de Civitate Dei Libri XXII, cum commentariis Thomæ Valois & Nicolai Trivеth, Basileæ 1489 x). Thomas Valois & Nicolaus Trivеth, permultis scriptis præclari, gente fuerunt angli, ordinisque prædicatorum, quorum ille A:o 1340, hic A:o 1328 obiit. Augustini de Civitate Dei libri cum horum adnotationibus Moguntiæ A:o 473 primum subjecti prelo fuerunt; nostra autem editio nona hujus generis existimatur. In prima pagina hæc litteris majusculis exstant: *Augustinus de Civitate Dei cum commento*; in secunda ligno incisa figura apparet, cujus superior pars Aurelium Augustinum repræsentat ad pulpitum sedentem, inferior vero urbes Dei & Satanæ, alteram Angelis, Diabolis alteram domicilium, cum superscriptis verbis:

Insultat babylon: Syon. urbs ut sancta resultet.

A

x) Panzer l. c. Vol. 1. p. 166.

A parte urbis Dei hæc verba surſum flexa: *Urbs dicata deo: Abel fundata ſanguine juſti*, ab oppoſita parte: *In Sathane ſedem: Cayn iſtam condidit urbem*. Subjuncta ſunt duodecim diſticha, quæ adferantur, haud indigna:

Mirifico poteris textos ſermone libellos
Hoſce, opere precium perlegere hoſpes: ades.
Nempe duæ currunt urbes ab origine mundi:
Una Cayn: fratris altera ſtructa manu.
Subdolus illam habitat: fraudis reus: improbus omnis:
Hanc pius: hanc ſimplex: pacificusque pudens.
Illa luto torpet: vitiis corrupta nefandis:
Hæc delecta manet caraque ſponſa dei.
Sed ſcelere implicitos manes petit illa profundos:
Hæc virtute micans æthera læta tenet.
Illa ſiniſtrorſum vel ad impia tartara tendit:
Hæc dextro innitens colle: vireta ſubit.
Hac iter Elyſium duce puri fronde metalli:
Illac ditis hiat panda vorago fatim.
Has ter ſex libris diſcreuerat atque quaternis
Auguſtinus: opus forte magiſter agens
Falſa etiam excuſſit cautus figmenta deorum:
Confutans verbis dogmata ſtulta ſuis.
Quoque modo primum regalis machina mundi
Conditur vire falſis debeat illa deis.
Improbat atque viros tenuit quos error auitus:
Spiritibus partem qui tribuere malis.
Unius imperio regitur bene principis orbis.
Nec fortuna graui nos premit arbitrio.

In

In fecundo folio opus ipfum ita incipit: *Aurelii Auguftini hipponenfis epifcopi in libros de ciuitate dei: Argumentum operis totius ex libro retractationum.* Folium tertium commentariis, qui in eo initium habent, impletur. Hi charactere minori excufi margines occupant; qui vero ex iis libros undecimum & fequentes illuftrant, pauciores funt & breviores. In fine operis:

Hoc opus exactum diuina arte Joannis
Amberbacenfis: lector ubique legas.
Juuenis in textu glofis feu margine mirum:
Quo merito gaudet urbs Bafilea decus.

Anno falutiferi virginalis partus octogefimo nono fupra millefimum quaterque centefimum Idibus Februariis. Addita tandem eft tabula alphabetica a Nicolao Trivetb confecta, octo paginas explens. Char. Goth. Cum tit. fignat. pag. infcript. & litt. initial. parvis. Sine cuftod. & num. Col. 2. Lin. 54. Fol.

Petri Lombardi Libri iv Sententiarum cum conclufionibus Henrici Gorichem, & titulis quæftionum Sancti Thomæ, articulisque Parifiis condemnatis, Bafileæ 1489 y). Petrus Lombardus, Epifcopus Parienfis, A:o 1164 de vita deceffit. Clariffimus hic vir, patria Novarienfis, Abælardi difcipulus eique in fchola fucceffor, Theologorum Scholaftiorum parens & progenitor, appellatur. Ex

y) Panzer l. c. Vol. 1. p. 165.

Ex ipsius vero scriptis maxime celebratum est Theologiæ compendium, quod, cum sententias priscorum patrum latinorum de catholicis veritatibus hinc inde collectas summatim comprehendat, nomine librorum sententiarum fuit insignitum. Opus hocce, sæculo decimo quinto vicies circiter vulgatum, in quattuor descriptum est libros, quorum primus agit de mysterio trinitatis, secundus de rerum creatione & formatione corporalium & spiritualium, tertius de incarnatione verbi, quartus de sacramentis & signis sacramentalibus. Quas ad eos illustrandos conclusiones conscripsit Henricus Gorichem, Theologus Coloniensis A:o 1460 demortuus, eas novimus omnium primo Basileæ A:o 1488 in publicum prodiisse, neque dubium videtur, quin nostra, quæ istas exhibet, secunda sit editio. In ejus recta pagina primi folii, quo nostrum caret exemplar, titulus exstat; in aversa *sequuntur Tituli questionum sancti Thome super primum librum sententiarum*, qui minutissimo charactere impressi in secunda secundi folii pagina his terminantur: *Expliciunt problemata sancti Thome super primo libro sententiarum. numero.* CCLXXI. In folii terti prima pagina prologus legitur, cui in eadem pagina subjungitur conclusio. Hic pariter ac textus sententiarum litteris satis magnis sunt expressi, conclusiones autem litteris ubique minutissimis. In fine libri quarti seu in versa pagina folii sexti ternionis Q insignia typographi ligno in-

cisa apparent, quibus hæc subscripta: *Liber Sententiarum magistri Petri Lombardi: cum conclusionibus magistri Henrici Gorichem: sacrum litterarum interpretis eximii. Ac subtilissimis sancti Thome problematibus. Ad studentium exercitationes faciliorem que in eiusipsius scriptis materiarum inuentionem. cuiuis librorum seritatim annotatis. Additis insuper quibusdam articulis in certis facultatibus erroneis & in fide catholica suspectis. Parisius doctrinaliter & auctoritatiue a catholicis tractatoribus condemnatis. explicit. Impensis atque singulari opera Nicolai Keslers ciuis Basilieensis. ad honorem sancte & indiuidue trinitatis ac fidei catholice augmentum & tuitionem quam diligentissime impressus. Anno incarnationis domini post millesimum quaterque centesimum octogesimo nono. Tertio vero Kalendarum Decembris.* Sequuntur deinde 1) *tituli questionum sancti Thome super quartum librum sententiarum.* 2) *varii articuli erronei omnium pene facultatum. in anglia & parisius studiose & auctoratiue condemnati cum reuocationibus eorundem.* 3) *registrum breue & utile omnes fere sententias. questiones & conclusiones in quattuor sententiarum libris tactas continens. secundum ordinem alphabeti inferius annotatum.* Char. Goth. Cum tit. signat. pagg. inscript. & litt. init. parvis. Sine custod. & num. Col. 2. Fol.

Casus Breves Decretalium Sexti et Clementinarum, Argentorati 1485. z). Quae post editos libros quinque decretalium prodierunt rescripta pontificia, Bonifacius IIX Papa circa finem saeculi XIII collegit, & ad decretalium ordinem in quinque libros distinxit, librum sextum decretalium conjunctim appellatos. Clementinae constitutiones, perinde in quinque divisae libros, septimus decretalium commode dici potuerunt, nomen autem habent ex Clemente V Papa, a quo ejusque in Pontificatu successore Johanne XXII initio saeculi XIV promulgatae sunt. — Breves isti, quorum mentio fit, casus Decretalium, Sexti, & Clementinarum, auctorem habent, Franciscum Accursium, juris Professorem Bononiensem, qui a. 1300 & sequentibus docendo scribendoque nomen suum clarum reddidit a). — In prima nostrae editionis pagina titulus, quem modo attulimus, litteris majusculis impressus est; sequens pagina nihil habet. — In secundi folii prima pagina *Incipiunt tituli librorum decretalium & primo tituli libri primi;* in ejusdem paginae secunda columna paullo ante medium *Incipiunt tituli secundi libri decretalium.*

i 2

z) Panzer l. c. Vol. I. p. 28.

a) Errant cl. Jöcher aliique, qui eum a. 1276 obiisse dicunt; neque sextus decretalium ante annum 1300 innotuit; septimus autem, id est clementinae constitutiones, tandem anno 1317 divulgatus est. Cfr. *Cas Oudini Comment. de Scriptor. Eccles. Tom.* 3. p. 708.

um. Ad calcem operis hæc: *Libellus iste utilissimus casus summarios librorum decretalium. sexti. & clementinarum. una cum nucleo siue medulla glosularum omnium eorundem librorum in se continens. impressus est Argentine. Anno domini.* M. CCCC. LXXXV. *& finitus in die sanctorum martirum. Uiti & modesti.*

Olim thesaurum conclusum solo repertum
Juris canonici. pandit & ipse tibi.
Casus in summa. glosularum simul & una.
Cum nucleo ponit. colligat qui proficit.

Char. goth. Cum tit. signat. & litt. init. parvis. Sine custod. pagg. num. aut inscript. Col. 2. Fol. — Eodem, quo hic liber, tegumento in nostra Bibliotheca comprehenduntur 1) Casus longi Bernardi super decretales, Argentorati 1488, 2) Tractatus varii juris, Argentorati 1490, 3) Vocabularius utriusque juris, ibidem 1490.

Casus longi Bernardi super decretales, Argentorati 1488 b). Auctor Bernardus de Compostella in Gallæcia, Presbyter hujus ecclesiæ & sacrorum custos, ob perfectam juris canonici doctrinam Innocentio IV summo pontifici ita placuit, ut ejusdem sacellanus constitueretur c). Anno circiter 1250 floruit, multaque jus canonicum illustran:

b) Panzer l. c. Vol. 1. p. 36.

c) v. Oudinum l. c. p. 245.

ſtrantia conſcripſit, quorum in numero caſus ſic dictos longos ſuper libros quinque decretalium. Eos autem uberiores eſſe legum explicationes novimus, ex legum occaſione plerumque deſumtas, quibus adnexæ ſunt breves notæ vel regulæ potius, ex ipſis legibus manantes, aut iisdem expreſſæ. Opus hoc magnam habuiſſe laudem vel inde elucet, quod duodecim ejus editiones ſæculo xv. prodierunt, quarum princeps pariſienſis eſt anno 1475 publicata. Noſtra quarta putatur, cujus prima pagina titulum habet; in primi folii ſecunda pagina *Incipit tabula titulorum hujus operis ſecundum ordinem alphabeti*, in tres diviſa columnas. In fronte folii tertii hæc: *Caſus longi ſuper quinque libros decretalium a domino Bernardo eorundem precipuo gloſatore utiliter compilati.* Ad calcem operis: *Expliciunt caſus longi cum notabilibus domini Bernardi ſuper quinque libros decretalium impreſſi Argentine Anno* MCCCCLXXXVIII. *Finiti in profeſto natiuitatis glorioſiſſime virginis Marie.* Char. goth. Cum tit. ſignat. & pagg. inſcript. Sine cuſtod. & pagg. num. Litteræ initiales parvæ a typographo paſſim adjectæ ſunt. Col. 2. Fol.

Casus Longi Bernardi Compostellani super decretaels, ſine loco & anno d). Hæc editio, ſiquidem noſtrum exemplum perfectum eſt, id quod nobis manifeſtum videtur, neque titulum,

d) Panzer l. c. Vol. 4. p. 96.

neque tabulam habet; sed prima ejus verba sunt: *Casus longi super quinque libros decretalium a domino Bernardo eorundem precipuo glosatore utiliter compilati;* ultima autem: *Expliciunt casus longi domini Bernardi;* neque quo anno aut loco liber iste sine dubio rarissimus fuerit impressus, docti viri investigare potuerunt. Char. goth. Cum signat. & pagg. inscript. Sine tit. custod. pagg. num. & litt. titulorum init. Col. 2. Fol.

TRACTATUS VARII JURIS, Argentorati 1490 e), qui eo ordine sequuntur 1) *libellus dans modum legendi abbreuiaturas in utroque iure.* Peculiarem titulum in prima primi folii pagina hoc habet opusculum, cujus in fine: *explicit libellus docens modum studendi & legendi contenta ac abbreuiata utriusque iuris tam canonici quam ciuilis in se continens titulos siue rubricas eiusdem iuris in ciuitate Argentinensi impressus Anno domini.* M.CCCC.XC. 2) *processus judiciarius eximii doctoris iuris canonici Johannis de Urbach* (quem alii Aurbach appellant); 3) *tractatus presumptionum;* 4) *tractatus magistri Dominici de ciuitate Uisentina. qualiter notarii archiepiscoporum & episcoporum debeant notarie officium exercere;* 5) *tractatus notariatus,* in tres partes divisus, qui ita incipit: *tractatum de arte notarie siue notariatu. primo videndum est quid sit ars notarie. Secundo quid sit notarius. & quot modis nun-* cu-

e) Panzer l. c. Vol. 1. p. 44.

cupetur. & qualis esse debeat. Tertio quot sint principales partes artis huius notarie; 6) *tractatus de ordine & processu judicii*; 7) *una introductio procurationis*; 8) *defensorium iuris*; 9) *tractatus exceptionum domini Innocentii quarti*; 10) *tractatus prescriptionum compositus per dominum Dynum de mugilo legum doctorem*; 11) *tractatus breuis de arbitris & arbitratoribus*, cujus in fine: *Explicit tractatus domini Petri iacobi doctoris legum montepessulano*; 12) *differentiæ legum & canonum domini Balnani de Bononia*; 13) *tractatus de tabellionibus per dominum Bar.* (Bartolum) *compilatus.* Ultima vero hujus operis vocabula sunt: *Finit liber plurimorum tractatuum iuris impressus Argentine Anno domini.* M CCCCXC. *Finitus in vigilia Laurentii.* Utilissimæ hujus suo tempore collectionis sæpius sunt sæculo XV iteratæ editiones; immo XXV ejusmodi a cel. Panzer enumerantur f). Ex iis vero multæ ultimum seu Bartoli de tabellionibus tractatum non habent. Char. Goth. Cum signat. pagg. inscript. & litt. init. parvis. Sine cust. & pagg. num. Col. 2. Fol.

Vocabularius utriusque Iuris, Argentorati 1490 g), lexicon est alphabeticum, quod tum vocabula, tum res ipsas interpretatur, de quibus in utro-

f) L. c. Vol. 5. pag. 268.

g) Panzer l. c. Vol. 1. p. 45.

utroque jure ſæpius fit mentio. Frequentiſſimæ hujus libri ſæculo typographico fuerunt editiones, quarum prima Spiræ A. 1477 prodiit. Noſtræ editionis prima pagina titulum, ſecunda autem nihil habet. Sequitur deinde perbrevis prologus, ne dimidiam quidem paginæ partem occupans, quem ſine ullo intervallo excipit opus ipſum, cujus ad calcem: *Explicit vocabularius iuris impreſſus Argentine pro communi omnium utilitate & faciliori aditu ad utriusque iuris noticiam. Anno domini.* M.CCCC.XC. *Finitus in profeſto ſancti Michaelis.* Char. goth. Cum tit. ſignat. pagg. inſcr. & litt. init. parvis. Sine cuſtod. & pagg. num. Col. 2. Fol.

Publii Virgilii Maronis opera, Norimbergæ 1492 h). Editio Virgilii princeps romana eſt ſub auſpiciis Pauli II in domo Petri de Maximo per Conradum & Arnoldum, Teutonicos (Conr. Sweinheym & Arn. Pannartz) excuſa, quæ utrum ad annum 1467, an ad a. 1469 referenda ſit, incertum olim putavit cl. Heyne i); eam vero a. 1469 impreſſam eſſe, neque a cl. Erneſti memoratam k) editionem romanam anni 1467 umquam exſtitiſſe, inter eruditos jam convenit. Ite-

h) Panzer l. c. Vol. 2. p. 210.

i) V. P. Virgilii Maronis opera illuſtrata a Chr. G. Heyne, Tom. 1. p. XLV, Lipſiæ MDCCLXVII.

k) v. Fabricii Biblioth. Lat. rectius dig. & auct. diligentia Jo. Aug. Erneſti, Tom. 1. p. 351.

Iteratæ fæpe funt fæculo xv Virgilii editiones, quarum permultæ Venetiis prodierunt, ob id præfertim memoria digniffimæ, quod ex iis lectio Virgiliana ab initio inde conftituta eft. Noftra editio plane ad fimilitudinem Venetæ anni 1489 expreffa fuit. Præcedit: *Chriftophori landini florentini in P. Vergilii interpretatores proœmium ad Petrum medicum magni Laurenti filium*, quod duo folia implet, deinde index, quem Maronis vita in folio quinto excipit. Liber Æneidos duodecimus in folio cccxv. finem habet. Sequuntur opufcula Virgilii five vera five fuppofititia nonnullaque alia, quorum ad calcem: *Publii Virgilii Maronis opera: cum Seruii Mauri Honorati grammatici: Ælii Donati: Chriftophori Landini: atque Domitii Calderini: Commentariis: Nurnberge impreffa impenfis Anthonii Koberger Anno Chrifti* M. cccccxcii. *Laus omnipotenti Deo.* Poftremum locum feu paginam averfam folii cccxlv occupat *Tabula librorum qui in hoc volumine continentur.* Hi vero funt 1) *P. V. Maronis Vita.* 2) *P. V. Maronis bucolicorum liber cum Seruii grammatici commentariis nec non & Chriftophori landini* 3) *P. V. Maronis georgicon libri quatuor cum Seruio ejus interprete Chriftophoroque landino* 4) *P. V. Maronis æneidos libri duodecim cum Seruii grammatici: & Donati atque Chriftophori landini interpretationibus* 5) *Alcinii verfus* 6) *Cornelii galli verfus* 7) *P. V. Maronis Hortulus* 8) *P. V. Maronis de vino & venere*

9) *P. V. Maronis de liuore* 10) *P. V. Maronis de cantu serenarum* 11) *P. V. Maronis ejusdem* 12) *P. V. Maronis de fortuna* 13) *P. V. Maronis de orpheo* 14) *P. V. Maronis de seipso* 15) *P. V. Maronis de etatibus animalium* 16) *P. V. Maronis de ludo* 17) *P. V. Maronis de erumnis Herculis* 18) *Argumenta duodecim librorum æneidos* 19) *P. V. Maronis de musarum inuentis* 20) *Elegia in mecœnatis obitu: quæ dicitur Virgilii cum non sit* 21) *Epitaphia virorum illustrium* 22) *P. V. Maronis de speculo* 23) *P. V. Maronis de Herculis laboribus* 24) *P. V. Maronis de littera y* 25) *P. V. Maronis de cœlestibus signis* 26) *Versus Ovidii* 27) *Summa virgilianæ narrationis in tribus operibus. Bucolicis: Georgicis: & æneidæ* 28) *P. V. Mar. super libris duodecim æneidos* 29) *P. V. Maronis priapeia* 30) *P. V. Mar. coppa cum Domitii commentariis* 31) *P. V. Maronis est & non* 32) *P. V. Maronis vir bonus* 33) *P. V. Maronis de rosis Domitio interprete* 34) *P. V. Mar. culex cum domitii expositione* 35) *P. V. Mar. diræ cum domitii interpretatione* 36) *P. V. Maronis æthna: quæ a quibusdam Cornelio tribuitur: quod opus domitius exposuit* 37) *P. V. Maronis ciris* 38) *P. V. Maronis catalecton* 39) *P. V. Maronis moretum.* Admodum autem manca hæc tabula est; In ea enim desiderantur *Maphei Veggii Laudensis poetæ Clarissimi Liber Terciusdecimus Additus Duodecim Æneidos Libris,* qui in

in folio cccxvi initium habet, nec non carmina de mira Virgilii experientia, de quattuor temporibus anni, & P. V. M. de ortu solis, quæ in folio cccxx exstant. Qui vero versus inscribuntur *P. V. Mar super libris duodecim æneidos*, in nostro quidem exemplari desunt; quo accedit ut in ista tabula ordo non numquam præposterus sit. Char. Rom. cum Signat. Custod. Pagg. Inscript. & Num. Vocabula græca in commentariis nitido sunt expressa charactere Fol.

S. Brigittæ Revelationes cœlestes, Lubecæ 1492 a). Brigitta (Brahe) a 1303 s. 1304 nata patre Birgero Petri de Finstad, Uplandiæ Legifero, nupta fuit Ulphoni Gudmari per Uplandiam legifero, a 1344 in Monasterio Alwastra demortuo. Duobus dehinc annis in Italiam Brigitta se contulit, factoque a. 1372 Hierosolymam itinere, anno subsequenti Romæ obiit, a Papa Bonifacio IX in Sanctorum numerum a. 1391 relata. Inde a tenera ætate e cœlo visiones excepisse perhibetur, intentoque semper ad res divinas animo novum, priusquam e patria exiret, instituit ordinem monasticum titulo S. Salvatoris, a Papa Urbano V a. 1368 confirmatum, cui sedes Wadstena data. Reve-

k

a) Panzer l. c. Vol. I. p. 527. Cfr. Tal om de Lärda Vettenskapers tillstånd i Svearike under Hedendoms och Påfvedöms tiden hållit för Kongl. Vett Academ. d. 4 Nov. 1758 af A. A. v. Stjernman. p. 41. & sequ.

velationibus, quæ ejus nomen præ se ferunt, collo quia continentur, quæ cum Christo, Matre Maria, aliisque cœlitibus ipsa habuisse putabatur. Earum nonnullæ a Magistro Matthia Laurentii, plurimæ autem a Petro Olai litteris consignatæ sunt atque in latinum versæ. Prima harum editio, si clarissimis viris Mich. Maittaire & A. A. v. Stjernman fides est habenda, Romæ prodiit a. 1475 b), secunda ibidem a. 1488; nostra vero tertia appellanda est, valde nitida, iconibus ligneis decorata, eoque rarior, quod permulta ejus exemplaria incendio Wadstenæ funesto a. 1495 deleta sunt. Exemplar nostrum ex omni parte perfectum laudatus Stjernman, sicut propria adnotavit manu, ex decem diversis exemplaribus non minori sumtu quam cura congessit. Eo continentur 1) *Epigramma Libri presentis*, quod in folii primi aversa pagina legitur, cujus ad finem hæc:

Phares voluminis Infrascripti.
Divide sic numen subscriptum. siue volumen
Turre ioban, post bulla boni, prologusque mathie
Atque libri septem. Prolog alfon. Imperatoris
Regula. Sermones. oratio. tum Vaga Vita
Fungitur biis tabula. declarans singula passim
Soli deo laus & gloria.

2) *Epistola domini Johannis Cardinalis de turre cremata*; 3) *prologus domini Johannis Cardinalis de*

b) Hujus vero editionis nullam cel. Panzer mentionem facit.

de turre cremata in defensorium ejusdem super revelationes celestes sancte Birgitte de watzsteno; 4) *bulla Canonizationis beate Birgitte de regno swecie gloriose sponse Christi: quam dedit Bonifacius papa nonus;* 5) *confirmatio canonizationis beate Brigitte. per Martinum papam quintum;* 6) Documenta varia; 7) *Prologus in libro Reuelationum celestium Beate memorie domine Birgitte de Swecia diuinitus sibi factarum. qui prologus fuit editus. per venerabilem virum magistrum Mathiam de Swecia;* 8) Libri septem Revelationum; 9) *epistola solitarii ad Reges domini Alphonsi quondam episcopi Syennensis & postea heremite probatissimi;* 10) *liber celestis Imperatoris Ad reges, reuelatus diuinitus Beate Brigitte de Swecia;* 11) *regula sancti saluatoris data diuinitus ab ore ihesu christi. deuote sponse sue beate Birgitte de regno Swecie;* 12) *Prologus in sermonem Angelicum de excellentia virginis Marie;* 13) *sermo Angelicus de excellentia beate marie virginis. quem ipse angelus dictauit beate Birgitte ex precepto dei: & ipsa ex eodem precepto deuote conscripsit. Qui debet legi in matutinis diuisim per ferias ebdomade per anni circulum;* 14) *Probemium in orationes subscriptas. que fuerunt diuinitus reuelate beate Birgitte de regno Swecie.* 15) Orationes quattuor divinitus revelatæ; 16) *prologus In reuelationes celestes que communiter extrauagantes appellantur;* & Revelationes Extravagantes; 17) *vita abbreuiata. perdilette spon-*

sponse christi sancte Birgitte de regno Swecie. Continens in se certas Reuelationes diuinas. cum aliquibus miraculis; cujus in fine hæc: *Finit diuinum volumen omnium celestium Reuelationum precelecte sponse christi. Sancte Birgitte de Regno Swecie. A religiosis patribus originalis monasterii Sanctarum marie & Birgitte in Watzstenis. Prematuro studio & exquisita diligentia In hos suprascriptos numerum & ordinem. accuratius comportatum. Ut si forte alique alie reuelationes sicut repertum est beate Birgitte per errorem aut temerarie a quoquam quomodo libet ascribantur Preter hos que in hoc presenti volumine. aut in vita seu legenda sancte Birgitte majori continentur. tanquam false & erronee decernentur. Laus sit omnipotenti Deo. Amen.*

Mille quadringenti nonaginta duo simul anni
Christi quando fere. de natiuitate fuere
Hoc mundi lumen. miserans celeste volumen.
Quod dedit ipse deus. Impressit Bartholomeus
Ghotan, tunc sospes. Lubcensis civis & hospes
Sit laus inde deo. Sit merces bartholomeo
Pax sit terrigenis, requies animabus egenis
Regnum Gothorum muniat deus atque Suecorum.

18) *tabula librorum celestium Reuelationum Sancte Birgitte de regno Swecie*; 19) *Oratio deuota ad Sanctam Birgittam*, quæ his solummodo constat: *O Birgitta mater bona. dulcis ductrix & patrona. nobis fer suffragia. Naufragantes in hoc ma-*

mari. tuo ductu salutari. duc ad vite brauia. O preclara tu dignare. delictorum impetrare. nobis christi veniam. Ut possimus respirare. & excessus emendare. consecuti gratiam. Confer vite sanctitatem. Corpori da sanitatem. & quieta tempora. Auge veram caritatem. Cordium da puritatem. nos languentes robora Uite nostre rege cursum. post hanc vitam transfer sursum animas ad gaudia. Ubi deum contemplari. tibi quoque sociari, possimus in gloria. Amen. — — — (Versiculus.) Ora pro nobis beata Birgitta sponsa christi preelecta. Ut ad celestem patriam. sit ipse nobis via recta — — Collecta. Deus qui ecclesiam tuam per beatam Birgittam sacris illuminare dignatus es consiliis & exemplis. Concede propicius eius intercessione. ut que pro nostris purgandis excessibus clementer ei reuelasti deuotis mentibus exequamur. Per christum. d. n. Amen. Char. Goth. Cum. signat. pagg. inscript. & litt. init. Sine tit. custod & num. Col. 2 Fol.

A. Cornelii Celsi de Medicina Libri VIII, Venetiis 1493 c). Prima editio a. 1478 Florentiæ prodiit, secunda Mediolani 1481, tertia vero nostra est. Plagulæ omnes per terniones, ut dicitur, dispositæ sunt; septimumque, & quæ sequuntur operis folia numeris signata: errore autem commissum est, ut quod ordine est folium XLIII, notam nu-

c) Panzer l. c. Vol. 3. p. 339.

numeri gothicam habeat. In fine libri octavi seu fere in media pagina versa folii LIX hæc leguntur: *Cornelii celsi de medicina Finis. Impressor Joannes rubeus Vercellensis fuit die* VIII. *mensis Julii.* M.CCC XCIII. *Venetiis.* Sequitur deinde tabula in tres columnas divisa, quæ terminatur indice primis cujusvis plagulæ vocabula exhibente. — Char. rom. Cum litt. init. parvis, signat. pagg. inscr. & num. sine custod. Fol. — Principem hanc esse editionem, notisque Rubei illustratam, recte non statuit cl. Morhofius. — Eodem tegumento in nostra Bibliotheca continentur:

Martii Galeotti de homine Libri duo, sine nota anni, loci, & typographi d). Auctor Narniensis appellatus ex Narna Umbriæ urbe, in qua erat genitus, postquam Bononiæ litteras docuerat, studiis Joannis Coruini, Matthiæ Regis Hungariæ filii, & Bibliothecæ Brudensi præfectus fuit; clarumque in sui temporis philosophis nomen habuit, a sacerdotibus accusatus, qui a fide orthodoxa declinaret. Inter illius scripta liber de homine ejusque partibus, varia eruditione potius quam eloquentia insignis celebratur, quem cum Georgius Merula reprehendisset, apologeticum noster conscripsit, priore libro varietate eruditionis, teste Jo-

d) Panzer l. c. Vol. 4. p. 132, 471. Cfr. Anal. Litter. a Fr. G. Freytag Lipf. 1750. p. 361.

Jouio e), multo uberiorem. Admodum rarus est de homine liber, rarissima autem hæc editio, quæ prima habetur, licet, quo loco vel anno in lucem exierit, ne conjectura quidem assequi possimus. In fronte rectæ paginæ folii primi hæc litteris capitalibus, ultimas sex litteras si excipias, leguntur: *Galeotti. Martii. Narniensis. Ad. R. D. Archiepiscopum Strigoniensem. In. Librum. De Homine epistola;* initio folii subsequentis litteris etiam majoribus: *Galeotti, Martii. Narniensis Lib. De Homine Incboat Primus.* Ita vero incipit: *Caput dicitur totum illud quod collo substentatur cuius summitas qua ad occipitium in decliue uertitur nuncupatur uertex: Iuuenalis Tot res impositas capiti quas recto uertice portat: Habetur etiam pro alterius rei altitudine virg. I eneid. Sic uertice cœli constitit cum alias pro polo in georgic. vt hic uertex nobis semper sublimis: Capitis anterior pars sinciput: &c.* In fine tandem operis: *Galeotti. Martii Narniensis Secundus. Et. Ultimus de Homine Liber Explicit.* Char. rom. Sine tit. signat. custod pagg. inscr. & num. Lin. 32. Fol. min.

Hartmanni Schedel Liber Chronicorum, Norimbergæ 1493 f). Prima primi folii pagina tituli

e) *Pauli Jovii* Elog. Virorum lit. illustr. Basil. 1577, p. 90 — *Jo. Alb. Fabricii* Biblioth. Lat. Med. & Inf Ætatis, Hamburgi 1735, Lib. 7 p. 14.

f) Panzer l. c. Vol. 2 p. 212.

tuli loco hæc vocabula litteris miſſalibus ligno incifis expreſſa habet: *Regiſtrum hujus operis libri cronicarum cum figuris & ymaginibus ab inicio mundi:* vacua eſt, quæ ſequitur, pagina. Ex ultimis vero verbis, tergo impreſſis tabulæ, Germaniam quæ repræſentat, natura totius operis optime elucet. Sunt enim hæc: *Adeſt nunc ſtudioſe lector finis libri Cronicarum per viam epithomatis & breuiarii compilati opus quidem preclarum. & a doctiſſimo quoque comparandum. Continet enim geſta. quecunque digniora ſunt notatu ab initio mundi ad hanc usque temporis noſtri calamitatem. Caſtigatumque a viris doctiſſimis ut magis elaboratum in lucem prodiret. Ad intuitum autem & preces prouidorum ciuium Sebaldi Schreyer & Sebaſtiani Kamermaiſter hunc librum dominus Anthonius Koberger Nuremberge impreſſit. Adhibitis tamen viris mathematicis pingendique arte peritiſſimis. Michaele wolgemut & wilhelmo Pleydenwurff. quarum ſolerti accuratiſſimaque animaduerſione tum ciuitatum tum illuſtrium virorum figure inſerte ſunt. Conſummatum autem duodecima menſis Julii. Anno ſalutis noſtre.* 1493. Liber rariſſimus, admodum ſpecioſus, plurimisque iconibus ligneis decoratus chronica norimbergenſis vulgo fuit appellatus, non quod res ſolum geſtas in civitate norimbergenſi contineret, ſed quia in hac urbe primo conſcriptus erat & editus. Fuerunt permulti iique doctiſſimi viri, qui in eo examinando operæ plurimum

ſtudiique

ſtudiique conſumerent; nonnulla tamen de vero ejus auctore olim exſtitit diſceptatio g). Jam autem inter omnes conſtat, nitidiſſimum hoc opus, etſi non ex toto confectum, digeſtum tamen & editum eſſe præſertim cura Hartmanni Schedel, artium & medicinæ Doctoris, qui anno etiam 1494 Norimbergæ vixit. — Char. Goth. maj. Cum pagg. inſcr. & num. Sine cuſt. & ſignat. Fol. max.

Lamberti de Monte Copulata ſuper VIII Libros Phyſicorum Ariſtotelis cum textu, Coloniæ 1493 h). Prima pagina hæc tituli loco habet: *Copulata pulcerrima atque optima ſuper octo libros Phiſicorum Ariſtotelis cum textu. iuxta doctrinam excellentiſſimi doctoris ſancti Thome de Aquino ordinis predicatorum.* Quæ ſequitur, pagina vacua eſt. Hoc vero opuſculum a Lamberto de Monte, Theologo Colonienſi, editum eſſe, teſtantur verba, quæ librum ultimum ſeu octavum excipiunt: *Copulata diligenti ſtudio primo correcta. atque iterum emendata (circa octo libros phiſicorum Areſtotelis) artium magiſtri Lamberti de Monte. ac ſacre theologie profeſſoris eximii. iuxta doctrinam excellentiſſimi Doctoris ſancti Thome de Aquino ordinis predicatorum. feliciter finem habent Impreſſa Colonie per Henricum*

 Quen-

g) Cfr. Clement l. c. T. 7. p. 343 & ſequ.

h) Panzer l. c. Vol. 1. p. 307.

Quentel Anno nonagesimo tercio. Postremum autem locum index librorum omnium habet. Char. Goth. Cum tit. signat. pag. inscript. & fol. num. Sine custod. & litt. init. Fol. 141, quorum 138 numeris sunt signata. Col. 2. Fol.

PAULI N'COLETTI VENETI Expositio in libros posteriorum Aristotelis, Venetiis 1494 i). Magnum omnino in sui temporis philosophis nomen habuit auctor, qui a. 1428 vita decessit. Ejus in libros posteriorum Aristotelis expositio saeculo decimo quinto sexies in lucem prodiit. Nostra autem editio quinta est aut sexta, cujus ad finem haec: *Scriptum Pauli veneti in libris posteriorum Aristotelis a reuerendo bachalario fratre Francischo de macerata nuperrime castigatum feliciter explicit. — — Impressum Venetiis per Simonem papiensem dictum Biuilaqua. Impensis vero Solertissimi viri Uincentii de Benalis sexto idus aprilis 1494. Ad honorem eiusdem domini nostri Jesu Christi. qui est benedictus in secula Amen.* Deinde perbreve legitur registrum. Char. Goth. Cum tit. signat. pag. inscript. & fol. num. Sine custod. Folia sunt 105, exceptis primo, quod titulum tantummodo habet, ultimoque, cujus versa pagina est vacua. Col. 2. fol. — Eodem volumine in nostra Bibliotheca comprehenduntur 1) Metaphysica Avicennae, Venetiis 1495; 2) Thomae de Aqui-

i) Panzer l. c. Vol. 3. p. 357.

Aquino opus de ente & effentia, Venetiis 1496; 3) Aegidii Romani Expofitio fuper libros Elenchorum Ariftotelis, Venetiis 1496; 4) Roberti Linconienfis Commentaria in libros pofteriorum Ariftotelis, Venetiis 1497.

AVICENNÆ Metaphyfica, Venetiis 1495 k). Cel. Panzer fufpicatur, nullam effe hujus libri editionem anno 1493 impreffam; idque eo magis nobis probatur, quod fignum anni 1495 in hac noftra editione ita expreffum videtur, ut facile pro 1493 habeatur, id quod, ni fallimur, occafionem præbuit, novam fingendi editionem. Quod fi falfo non opinamur, femel nec fæpius hoc opufculum fæculo decimo quinto typis fuit vulgatum. In prima pagina extat titulus: *Metaphyfica Auicenne fiue eius prima philofophia.* Verfa primi folii pagina nihil habet. In fronte autem fecundi folii hæc litteris rubris: *Incipit liber auicenne de philofophia prima fiue fcientia diuina: Capitulum primum de inquifitione fubiecti prime philofophie ad hoc ut oftendatur ipfa effe de numero fcientiarum.* In fine libri: *Explicit metaphyfica Auicenne fiue eius prima philofophia optime Caftigata per Reuerendum facre theologie bachalarium fratrem Francifcum de macerata ordinis minorum & per excellentiffimum artium doctorem dominum Antonium frachantianum vicentinum philofophiam legentem in gymnafio patauino Impreffa Uenetiis per Bernardinum Uenetum expenfis viri Je-*

k) Panzer Vol. 3. p. 379.

Jeronymi duranti. anno domini. 1495. *Die.* 26. *martii.* Subſequitur Regiſtrum, ſignumque Jeronymi Duranti. Char. Goth. Cum tit. ſignat. pag. inſcript. & litt. init. parvis. Sine cuſtod. & pag. num. Col. 2. Fol.

Thomæ de Aquino opus de ente & eſſentia, Venetiis 1496 l). Prima pagina editionis hujus, quam probati ſcriptores mendoſam vocarunt, figuram ligno inciſam, angelum quæ repræſentat, atque hæc habet vocabula: *Aureum opus de ente & eſſentia diui Thome aquinatis cum commentariis fratris Thome Caietani ſacre theologie doctoris & fratris Armandi eiusdem ordinis doctoris clariſſimi.* Sequens pagina epiſtolam continet, dedicatoriam a Thoma Cajetano ſcriptam ad Benedictum tyriacam Mantuanum logicen mathematicamque publice in Patauino ſtudio profitentem. Ad finem lectionis XII ſeu ultimæ duæ exſtant tabulæ, quarum altera exhibet principales quæſtiones Thomæ Caietani in libellum divi Thomæ Aquinatis de ente & eſſentia, altera autem quæſtiones in hoc opere notabiles cum ordine uniuscujusque lectionis. Tandem hæc occurrunt: *Expliciunt Commentaria præclariſſima eximii ſacre theologie doctoris fratris Armandi de beluiſo ſacri ordinis fratrum predicatorum & fratris Thome Caietani eiusdem ordinis in aureum: & inſigne*

l) Panzer l. c. Vol. 3. p. 402.

ſigne opuſculum de ente & eſſentia diui Thome aquinatis eiusdem ordinis: totius eccleſie luminis & ſplendoris nouiter emendata & impreſſa impenſa Egregii uiri domini Alexandri calcedonii Piſaurenſis mercatoris. Qui ſpeciali gratia obtinuit a Se. Uene. Do. ne cui liceat cuiuscunque gradus uel conditionis aut imprimere: aut imprimi facere huiuscemodi opera neque Uenetiis: neque alibi locorum ſub ditione Ueneti imperii poſitorum. Nec impreſſum alibi in dicta ditione uendere per decem futuros annos Sub pena immediate & irremiſſibilis amiſſionis omnium & ſingulorum ſimilium librorum: Et ulterius librarum. l. pro quolibet uolumine aliter impreſſo uel uendito. Cujus quidem pene libras. XV. ſit ipſius accuſatori. Et aliam partem ſit a recuperatione montis noui. Auguſtino Barbadico Sereniſſimo Uenetiarum principe regnante. — Impreſſum eſt hoc opus per Otinum Papienſem Anno domini. M. CCCXCVI. die. XIIII. Octobris. Sequitur poſtremo regiſtrum hujus operis. Char. Goth. Cum tit. ſignat. pag. inſcr. & fol. num. Sine cuſtod. Fol. 55. Col. 2. Fol.

Aegidii Romani Expoſitio ſuper libros elenchorum Ariſtotelis, Venetiis 1496 m). Aegidius Romanus, Thomæ Aquinatis diſcipulus, propter præclaram eruditionem cognomine fundatiſſimus ap-

m) Panzer l. c. Vol. 3. p. 386.

appellatus, scripta multa philosophici & theologici argumenti confecit, annoque 1316. obiit. Expositionis super libros elenchorum Aristotelis ab Augustino de meschiatis correctæ & emendatæ prima hæc nostra editio est, cujus prima pagina titulum habet: *Expositio domini Egidii romani supra libros elenchorum Aristotelis — Questio defensiua opinionis de medio demonstrationis eiusdem.* Secunda continet epistolam dedicatoriam Augustini de Meschiatis de bugella ad Joannem Stephanum de Ferreriis Episcopum Vercellensem, cui subjuncti sunt versus Nicolai tellucii ad Episcopum Vercellensem. Initio folii LXVII incipit quæstio de medio demonstrationis defensiua opinionis domini Ægidii Romani, per modo memoratum Augustinum ordinata & collecta, quæ in folio LXX finem habet. Eam excipit tabula, cum hac subscriptione: *Et sic est finis tabulæ primi & secundi libri elenchorum de aureis dubiis: collectis per Uenerandum fratrem Augustinum de Meschiatis de bugella. Lectorem in conuentu Padue ordinis heremitarum. Ad laudem dei & gloriose Marie virginis. — Venetiis mandato & expensis Nobilis viri Domini Octauiani Scoti ciuis Modoetiensis. Per Bonetum Locatellum Bergomensem. 8:o. Idus Februarii.* 1496. Postremo exstant Nicolai Tellucii de sancto Miniate ad Lectorem versus, Registrum, atque signum Octauiani Scoti. Char. Goth. Cum tit. sign. pag. inscript. fol. num. litt. init.

init. ligno incisis vario modo decoratis. Sine custod. Fol. 71. Col. 2. Fol.

Commentaria Roberti Linconiensis (Archi-Episcopi Parisiensis) in libros posteriorum Aristotelis cum textu seriatim inserto; & Scriptum Gualteri Burlæi (Philosophi Anglici) super eosdem libros posteriorum, Venetiis 1497 n). Commentaria Linconiensis hisce finiuntur: *Finis librorum aristotelis summi philosophi de analeticis posterioribus: & interpretationis Linconiensis commentatoris illustris. Ad honorem domini nostri Jesu christi. qui est bene dictus in secula Amen.* Scriptum, quod sequitur, Burlæi quattuor tantum folia implet, cujus in fine: *Expliciunt conclusiones cum probationibus suis date a magistro Gualterio Burleo. Impresse Uenetiis per Magistrum Otinum Papiensem anno domini M. CCCCLXXXXVII. die vigesimasecunda Martii Dominante inclyto principe Augustino Barbadico.* Registrum chartarum his absolvitur: *a. b. c. d. e. f. Omnes sunt terni preter. f. qui est quaternus. — Laus Deo.* Char. Goth. Cum tit. signat. pag. inscript. Sine custod. & num. Col. 2. Fol.

Averroes in Meteora Aristotelis, Venetiis 1488 o). Rarissimum hunc librum, de quo perpauci

n) Panzer l. c. Vol. 3. p. 422.

o) Panzer l. c. Vol. 3. p. 249.

pauci scriptores mentionem fecerunt, a HELIA HEBRÆO CRETENSI ex hebraico in latinum esse versum, satis testatur præfamen, quod ita incipit: *Quanquam hoc opus difficile atque indignum mihi esse reputo: dignius enim aliquid ex dictis philosophorum et si sit parum declarare vel intelligere: quam de una lingua in aliam libros transferre: Difficile autem propter paucam exercitationem in latina lingua & maxime in hoc libro metheorum: ubi de multis & variis rebus tractatur: quarum terminos proprios non habeo: & precipue cum nomina que inveniuntur in hebraica lingua circa ea que pertinent ad mathematicos sint multum equivoca. & per translationes posita: & eo magis quod liber ex quo traduxi valde fuit incorrectus: Tum etiam quod traducens non solum sententiam servare debet immo & verba: Non enim rectum est unam sententiam tantum traducere reliquas autem dimittere: Et ideo quanto magis potest eisdem vel consimilibus verbis est utendum: non tamen omnino ut verba jacent nisi hoc commode fieri possit: Si autem similia verba non habet tot modis traduci debet: quot ex verbis auctoris intelligi possunt: ut omnes sententiæ intelligi possint: tum quod dignissimus comes. d. Joannes de mirandula hoc voluit: non potui ego helias hebreus Cretensis aliquo modo negare:* &c. In fine nostri libri, cujus non aliam cognoscimus editionem: *hoc opus impressum est Uenetiis per Andream de thoresanis*

fanis de Afula: *Anno domini.* 1488. *die vero.* 12. *Kal. feptembris.* Char. Goth. Cum fignat. cuftod. & litt. init parvis. Sine pag. infcript. & num. Col. 2. Fol. Eodem tegumento in noftra Bibliotheca continentur: 1) Regulæ Hentisberi & obligationes Strodi, Venetiis 1491; 2) Commentaria Thomæ Aquinatis in libros perihermenias &c. Venetiis 1496; 3) Antonii Trombettæ tractatus contra Averroyftas &c. Venetiis 1498; 4) Ægidii Romani Expofitio fuper libros elenchorum Ariftotelis &c Venetiis 1500; 5) Quæftio de modalibus Baffani Politi; Tractatus proportionum introductorius ad calculationes Suiffet; Tractatus proportionum Thomæ Barduini; Tractatus proportionum Nicholai Oren; Tractatus de latitudinibus formarum ejusdem nicholai; Tractatus de latitudinibus formarum blafii de Parma; fine loco & anno; 6) Antonii Andreæ Quæftiones fuper duodecim libros Metaphyf. Ariftotelis, diligenti examine recognitæ ac novis additionibus textuum in margine decoratæ & tabula alphabetica per reverendum patrem fratrem francifcum de Valentia, Venetiis impreff. per Gregorium de Gregoriis. Anno domini, 1514. Die XXVI. menfis Augufti p); 7) Annotatio tractatuum, quæftionum, membrorum, articulorum, particularum cum fubdivifionibus Secundæ partis Summæ Alberthi magni fine loco & anno; 8) Ludouici Charenfis Patauini Agnomine Tofetti Quæftio de

m tri-

p) Hæc editio apud cl. Panzer fruftra quæritur.

tribus doctrinis ordinariis in universeli secundum Galeni sententiam, Venetiis XVII Oct. 1517 q).

GUILIELMI HENTISBERI Regulæ Venetiis 1491 r). Nostra prima est editio libri conscripti a Guilielmo Hentisbero, Grammatico & Philosopho Anglico, qui circa finem sæculi decimi quarti vixit. Prima pagina hæc solum vocabula: *Regule Hentisberi*; secunda autem registrum habet tractatuum, & foliorum. Tractatus, qui enumerantur, hi sunt: 1) De sensu composito & diuiso; 2) de insolubilibus; 3) de scire & dubitare; 4) de relativis; 5) de incipit & definit; 6) de maximo & minimo; 7) de motu locali; 8) de motu augmentationis; 9) de motu alterationis; 10) de consequentiis Strodi; 11) de generalibus regulis; 12) de specialibus regulis; 13) de regulis penes descritionem conuertibilium terminorum disperatorum & conuertentium; 14) de hypotheticis; 14) duo & triginta sophismata. In versa pagina folii 91 hæc leguntur: *Expliciunt sophismata magistri Guilielmi Entisberi correcta per magistrum Ludouicum de carera publice legentem logicam in felici studio Padue Adiuuante domino Pasio de Bisiolis perito artium scolari. Impressi venetiis per Joannem de Forliuio & Gregorium fratres Anno salutis* M.CCCC.LXXXXI. *die* XV. *Martii.* Additi-

q) Neque hujus libri mentio facta est a Clar. Panzer.

r) Panzer l. c. Vol. 3. p. 294.

ditum est insigne typographi. In nostro quidem exemplari sine ullo intervallo sequuntur obligationes Strodi, quæ in folio, quod numero 100 signatur, initium, finem vero habent in pagina recta folii 107. Char. Goth. cum tit. signat. pag. inscript. & num. litt. init. parvis. Sine custod. Col. 2. Fol.

Thomæ Aquinatis commentaria in libros perihermenias & posteriorum Aristotelis cum fallaciis; & Quæstiones Dominici de Flandria, Venetiis 1496 s). In prima pagina titulus exstat, qui his absolvitur: *Commentaria diui Thome Aquinatis, ordinis predicatorum in libros perihermenias & posteriorum Aristotilis & eiusdem fallaciarum opus. Questiones magistri dominici de flandria ejusdem ordinis in libros posteriorum Aristotilis. & in fallacias sancti Thome de Aquino.* In superiore parte secundi folii rectæ paginæ apparet figura ligno incisa, quæ, ni fallimur, Aristotelem discipulis stipatum exhibet. Nullo interjecto spatio in eadem pagina opus ipsum incipit, cujus prima folia, pariter ac prima primi libri posteriorum, numeris sunt signata. In fine: *impresse sunt hec opera per Otinum Papiensem. Anno Domini.* M.CCCCXCVI. *die* XXVIII *Septembris.* Ultimam autem paginam occupant registrum hujus operis figuraque angelum repræ-

m 2 sen-

s) Panzer l. c. Vol. 3. p. 402.

sentans. Char. Goth. Cum tit. signat. pagin. inscript. & litt. init. parvis. Sine custod. & pag. num. Col. 2. Fol.

ANTONII TROMBETÆ tractatus de humanarum animarum pluralitate, Venetiis 1498 t). Auctor, qui Trombeta, Trombetta, & Tubetta passim fuit nominatus, tandem Episcopus Urbini, circa finem sæculi XV initiumque decimi sexti vixit. Quod ante oculos est opusculum, titulum his expressum vocabulis habet: *Tractatus singularis contra Auerroystas de humanarum animarum plurificatione ad catholice fidei obsequium Patauii editus;* quibus subjuncta sunt *Quinctii Hemiliani Cimbriaci Poc. Endecas Epos in libellum Antonii Tubete in Auerro;* atque *Prefatio item altera libelli consimili themate ac pede ad lectorem per virum doctissimum.* Subsequens pagina præfationem & epistolas auctoris aliorumque continet In columna secunda rectæ paginæ folii XXX *Finit tractatus premissus de humanarum animarum pluralitate contra Auer. per Eximium Theologie ac Philosophie et Metaphysice Monarcham. M. Antonium Trombetam Patauinum Provincie. S. Antonii de Padua ordinis Minorum Ministrum Dignissimum Patauino in Studio pro primo loco Metaphysicam legentem determinatus. In preclarissima Uenetiarum Urbe* Na-

t) Panzer l. c. Vol. 3. p. 423.

Nobilis Uiri. D. Octauiani Scoti Ciuis Modoetensis Impensa. Cura vero atque diligenti artificio Presbyteri Boneti Locatelli Impressus. Sub anno salutis mundi. M.CCCCXCVIII *Die Mensis Octobris.* XXV. *Finis.* In duabus quæ, proxime sequuntur, paginis exstant tabula tractatus, Pauli Amalthei Carmen ad Antonium Trombetam, Registrum chartarum, & demum insigne typographi. Char. Goth. Cum tit. fignat. fol. num. pag. inscript. litt. init. varie decoratis. Sine Custod. Col. 2. Fol.

Ægidii Romani Expositio super libros elenchorum Aristotelis, Venetiis 1500 u). Editio hæc ad similitudinem ejus, de qua jam dudum mentio est facta, expressa fuit v). In fine: *Uenetiis mandato & expensis domini Andree Torresani de de Asula. Per Simonem de Luere.* XXIIII. *septembris. M. D.* Char. Goth. cum tit. sign. pag. inscript. litt. init. parvis. Sine custod. Fol. 71. Col. 2. Fol.

Silius Italicus cum commentariis Petri Marsi, Venetiis 1493 x). Princeps Silii editio romana est, quæ anno 1471 cura prodiit Jo. Andreæ Episcopi Aleriensis. Quattuor intra decem annos eam secutæ sunt editiones. Poëma autem hoc

u) Panzer l. c. Vol. 3. p. 475.
v) Cfr. pag. 87. Memor. Bibl. Lundensis.
x) Panzer L. c. Vol. 3. p. 333.

hoc heroicum Petri Marsi commentariis illustratum primo fuit typis vulgatum anno 1483, idque Venetiis, cujus quidem generis editio hæc nostrà tertia est y). Prima ejus pagina titulum, secunda nihil habet, tertia vero his incipit: PETRI *Marsi interpretatio in Syllium italicum ad Illu: principem Virginium Ursinum: Quum id omne quod in terris gignitur ad usum hominum sit: ut priscis philosophantibus totius naturæ peritis præclare uisum est: homo autem ut homini prosit: si e natura uiuere uult: & uero humanitatis nomine censeri amplissimo præconio celebrandi sunt illi qui communis parentis naturæ præscripta integerrime seruantes communi utilitati prospiciunt: & de omni humano genere natura conjuncto illisque po-*

y) Aliud etiam ejusdem editionis exemplar Bibliotheca nostra habet, quod eodem tegumento comprehenditur, quo *insigne atque præclarum opus Lucani*, Pharsaliæ libri decem, *cum Jo. Sulpitii Verulani Viri clarissime commentariis a proprio originali extractis: Nec non omniboni vicentini diligentissime emendatis, Impressum Venetiis per Bartolomeum de Zanis de Portesio Anno Domini* M.CCCCC.V. *die.* XXIIII. *mensis Octobris;* nec non T. Lucretii Cari de rerum natura libri VI, quibus hæc subscriptio: *Bononiæ typis excussoriis editum in ergasterio Hieronymi Baptistæ de Benedictis Platonici Bononiensis Julio quercente ligure.* II. *Pontifice maximo sedente: Italiæ uindice: patriæ sotere. Anno domini* M.D.XI. *Kal. Maji.* Postremo sequitur (*Regestum*) Registrum.

potissimum qui diuinam in homine particulam summo studio colunt: bene mereri student & pro uirili parte nituntur. His officiis prisci heroes immortalem sibi gloriam peperere: quos beneficiorum memores posteri cælo sacrarunt. In quorum numero sunt rerum gestarum scriptores: &c. In pagina ultima hæc prima exstant verba: *Auspiciis tuis inuictissime princeps Uirgini huic operi bellicoso extrema manus imposita est: in quo de duobus clarissimis in toto orbe imperatoribus. Scipione atque Hannibale agitur: &c.* quibus addita est subscriptio: *Venetiis anno salutifere incarnationis nonagesimo tertio supra millesimum ac quadringentesimum duo decimo Kalendas Octobres.* Subsequitur eadem in pagina breve registrum, in quattuor divisum columnas. Desideratur autem Scutum Octaviani Scoti Modœtensis, cujus a Panzer mentio fit. Char. rom. cum tit. signat. pag. inscript. & litt. init. parvis. Sine custod. & pag. num. Fol. Commentarii, pro more solito, charactere minori & lineis sibi invicem propioribus expressi sunt. Eodem volumine continentur:

Opera Angeli Politiani, Florentiæ 1499 z). Auctor ingenio & eruditione celebratissimus Litteras græcas pariter ac latinas maximo cum applausu Florentiæ professus est, ubi a. 1494 de vita

z) Panzer l. c. Vol. I, p. 429.

vita decessit. Scripta ejus saeculo xv persaepe in publicum prodierunt; operum vero ipsius prima editio Florentina est anno 1482 typis exscripta. Sed neque ista, neque haec nostra, quinta aut sexta appellanda, omnia, quae conscripsit vir diligentissimus, complectitur. In prima hujus pagina tituli loco haec leguntur: *Opera Angeli Politiani: & alia quaedam lectu digna: quorum nomina in sequenti indice videre licet.* Versa primi folii pagina epistolam habet Aldi Manutii Romani ad Marinum Sannuttum Leonardi filium patritium, Venetum. Secundi vero folii utraque pagina indicem exhibet eorum, quae hoc libro continentur. Postremam paginam occupat Monodia in Laurentium Medicem, quae ita incipit:

Quis dabit capiti meo
Aquam? quis oculis meis
Fontem lachrymarum dabit?
Ut nocte fleam:
Ut luce fleam.
Sic turtur viduus solet:
Sic cygnus moriens solet:
Sic luscinia conqueri:
Heu miser: miser.
O dolor: dolor. &c.

Ejus in fine: *Impressum Florentiae: & accuratissime castigatum opera & impensa Leonardi de Arigis de Gesoriaco Die decimo augusti.* M.ID Char. rom. cum tit signat. custod. pag inscript. & litt. init. parvis Sine num. Fol. Neque autem Panzer recte scripsit, formam folii esse majoris.

PASSIO-

Passionale Sanctorum, alias Lombardica Historia, Basileæ 1493 a). Opus hoc ccxv Legendis absolvitur, &, cum vitæ Pelagii inserta sit Longobardorum Historia, Historiæ Lombardicæ nomen obtinuit. Maximam autem olim habuit laudem, id quod frequentissimæ ejus sæculo decimo quinto factæ editiones & interpretationes satis testantur. Ejusmodi supra centum a clarissimo Panzer enumerantur. Auctor vulgo appellatus fuit Jacobus Januensis seu de Janua, id est de Genua, vel Jacobus de Voragine, proprie de Viragine, erat enim oppidum Virate in terra Genuensi ei locus natalis. Fuit ordinis prædicatorum alumnus, deinde Magister Generalis; tandem anno 1292 Archiepiscopus Genuensis a. 1298 obiit. — Nostræ editionis prima pagina titulum habet, secunda est vacua. In prima secundi folii pagina: *Incipit tabula super legendas sanctorum secundum ordinem alphabeti collecta: & primo premittitur prologus qui ostendit modum reperiendi materias contentas in diversis locis huius voluminis.* Hæc tabula una cum prologo decem fere implet folia. In folio duodecimo *Incipit passionale sanctorum que lombardica nominatur historia. Et primo de festiuitatibus que occurrunt intra tempus renouationis quod representat ecclesia ab aduentu usque ad natiuitatem domini. Legenda prima de aduentu domini.* Legenda secunda de sancto andrea apostolo, tertia de sancto nicolao, quarta de

n san-

a) Panzer l. c. Vol. 1. p. 173.

sancta lucia uirgine, quinta de sancto thoma apostolo agit, ceteras ut prætermittamus. In fine legendæ ultimæ: *Passionale sanctorum alias lombardica Historia nuncupata Impressa Basilee & feliciter consummata per Nicolaum Kesler. Sub anno domini.* MCCCCXCIII. *die vero septimo mensis februarii.* Char. Goth. cum tit. signat. numeris legendarum inscriptis paginis. & litt. init. parvis. Sine custod. Col. 2. Fol.

Sermones Parati de tempore & de sanctis, Norimbergæ 1496 b). Latet auctor hujus operis inde insigniti nomine parati, quod sermonum de tempore primus ita incipit: *Parātus est judicare viuos & mortuos;* ita autem primus de sanctis sermo: *Paratus sum & non sum turbatus ut custodiam mandata tua.* Præcedit omnium sermonum tabula, quæ duo implet folia. Ultima vero verba sunt: *Sermones perutiles Pārati de tempore deque sanctis. cum textuali expositione aliquorum euangeliorum dominicalium. per Anthonium Koberger Nurnberge impressi. finiunt feliciter. Anno salutis.* MCCCCXCVI. *die.* XXIII. *mensis decembris.* Char. Goth. Sine tit. custod. & pag. num. Cum signat. pag. inscript. & litt. init. parvis. Col. 2. Fol.

Ab-

b) Panzer l. c. Vol. 2. p. 235.

Abhomeron Avenzoar Liber Theizir, *ejusdem* Antidotarium, & Averrois Colliget, castigatione Hieronymi Suriani, Venetiis 1496 c). Arabes hi doctissimi sæculo duodecimo in Hispania floruerunt; eminuit vero inprimis Averroes magna & multiplici doctrina. Editio, cujus mentio fit, a clar. Clement d) aliisque admodum rara jure appellatur. Prima primi folii pagina hæc tituli loco habet: *Abhomeron Abynzohar Colliget Auerroys;* in secunda exstat Hieronymi Suriani ad lectorem epistola, & in prima pagina secundi folii *Incipit liber theicir dahalmodana vahaltadabir. cuius est interpretatio rectificatio medicationis & regiminis editus in arabico a perfecto viro Abymeron abyncohar.* Theicir tribus absolvitur libris, quos excipit antidotarium; in pagina autem prima folii quadragesimi quinti *Incipit liber de medicina Auerroys: qui dicitur colliget: & totalis liber iste continet libros septem partiales;* cujus in fine: *Explicit coliget Auerroys correctus atque emendatus per excellentem artium & medicine doctorem magistrum Hieronymum Surianum filium domini magistri Jacobi Suriani de arimino physici omnium hac erat preclarissimi. Impensis nobilis Uiri domini Octauiani scoti ciuis Modætiensis. Arte autem Boneti Locatelli Bergomensis Uenetiis ducante felicissimo principe Augustino barbadico.* 1496. *Ultimo Maji.* Hisce subje-

c) Panzer l. c. Vol. 3. p. 387.
d) Clement l. c. T. 2. p. 211.

subjectum est insigne Octaviani Scoti; deinde sequitur tabula colligeti Auerroys, quæ in tres columnas distributa duas implet paginas, addito postremum chartarum registro. Char. Goth. cum tit. signat. fol. num. pag. inscript. & litt. init. ligno incisis, variis ornamentis. Fol. 108. Col. 2. Fol.

Jacobi Fabri Stapulensis nova commentatio in Jordani Nemorarii Elementa Arithmetica, ad Joannem de Lanay Præsidentem Parisiensem, Libr. x; *Ejusdem* Elementa Musicalia ad Nicolaum de Haqueuille inquisitorium Præsidentem, Libr. iv; *Ejusdem* Epitome in duos libros Arithmeticos divi Severini Boecii ad Stephanum Ferrerium Episcopum Versellensem; *Ejusdem* Rithmimachiæ ludus, qui & pugna numerorum appellatur, Parisiis 1496 e). Prima pagina titulum continet, atque Gonterii Cabilonensis in laudem Arithmetices & Musices versus, qui ita incipiunt:

Tempore iam multo docte latuere sorores:
Quas retinet comites flaua minerua suas
Nunc placide terras post tempora multa reuisunt.
Grata quoque ante alias Gallica terra placet. &c.

In fine operis: *Has duas Quadriuii partes & artium liberalium precipuas atque duces cum quibusdam amminiculariis adiectis: curarunt una formulis emendatissime mandari ad studiorum utili-*

e) Panzer l. c. Vol. 2. p. 312.

litatem Joannes Higmanus, & Uolgangus Hopilius suis grauissimis laboribus & impensis Parhisii Anno salutis domini: qui omnia in numero atque harmonia formauit 1496 absolutumque reddiderunt eodem anno: die vicesima secunda Julii suos labores ubicunque valebunt semper studiosis deuouentes. Et idem quoque facit Dauid Lauxius Brytannus Edinburgensis: ubique ex archetypo diligens operis recognitor. Sequitur chartarum registrum. Char. Goth. cum tit signat. & libr. numeris fol. inscr. Sine custod & pag. num. Fol. Eodem volumine in nostra Bibliotheca comprehenduntur: Jac. Fabri Stapulensis Epitome, compendiosaque introductio in libros Arithmeticos divi Severini Boetii, Judoci Clichtonei Praxis numerandi certis quibusdam regulis constricta, Caroli Bouilli Introductio in Geometriam sex libris distincta, ejusdem liber de quadratura circuli, de cubicatione sphaeræ, introductio in perspectivam, & Jac. Fabr. Stapulensis Astronomici theorici corporum cœlestium libri duo, Parisiis 1503 f); atque Textus de Sphæra Johannis de Sacro Bosco &c. cum compositione annuli astronomici Boni Latensis, & Geometria Euclidis megarensis, Parisiis 1511 g).

Ve-

f) Panzer l. c. Vol. 7. p. 505.

g) Panzer l. c. V. 7. p. 556.

Veteres de re Militari Scriptores ex recensione Philippi Beroaldi, Bononiæ 1496 h). In prima primi folii pagina: *Sextus Julius Frontinus Vir Consularis de re militari. Flauius Vegetius Vir Illustris de re militari. Aelianus de instruendis aciebus. Modesti libelius de vocabulis rei militaris* In secunda exstat: *Ad Magnificum Senatorem Minum Roscium Philippi Beroaldi Epistola.* Opusculum Frontini his finitur: *Impressum Bononiæ per Platonem de Benedictis librorum cussorem Anno.* MCCCCLXXXXV *die uero decimo Julii.* Infra apparet typographi insigne. Suam etiam Vegetii liber subscriptionem habet, ex qua eum anno 1495 impressum esse colligitur. In fine autem operis: *Laus Deo. De Arte Militari: Frontinum: Vegetium: Aelianum & Modestum auctores penitus Diuinos quos castigatissime impressit omni solertia Plato de Benedictis Bononiensis In alma ciuitate Bononiæ Anno salutis.* M.CCCC LXXXXVI. *Decimosexto Kalen. Februarias.* His insigne typographi est subjectum. Sequitur registrum chartarum. Char. Rom. Cum tit. signat. & litt. init. parvis. Sine custod. & pag. inscript. & num. Fol. — Eodem volumine in nostra Bibliotheca continentur:

Cleonidæ harmonicum introductorium interprete Georgio Valla Placentino; L. Vitruvii Pol-

h) Panzer l. c. Vol. 1. p. 233.

POLLIONIS de Architectura libri decem ; SEXTI JULII FRONTINI de Aquæductibus Liber unus ; ANGELI POLICIANI opusculum : quod Panepistemon inscribitur ; ANGELI POLICIANI in priora analytica prælectio. Cui Titulus est Lamia ; Venetiis 1497 i). Pagina prima titulum habet, cujus hæc prima verba : *Hoc in volumine hæc opera continentur* ; secunda vero Georgii Vallæ ad Victorem Pisanum epistolam. In fine Vitruvii libri decimi seu ultimi : *Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Biuilaquam Anno ab incarnatione:* M CCCC LXXXXVII. *Die tertio Augusti.* Toti vero operi pro fine solum est: *Dixi.* Char. Rom. cum tit. signat. pag. inscript. & litt. init. ligno incisis decoratisque. Fol. — Eodem etiam tegumento comprehenditur :

L. APULEJI Cosmographia, Viennæ Austriæ 1497 k). Initio primæ paginæ hæc leguntur : *Lucii Apulei Platonici & Aristotelici philosophi Epitoma diuinum de mundo Seu Cosmographia ductu Conradi Celtis Impressum Uienne* ; sequitur, parvo interjecto spatio, in duas columnas divisa, *Episodia Sodalitatis litterarie Danubiane ad Conradum Celten dum a norico gymnasio ad Uiennam Pannonie concesserat*, quæ in secunda pagina finem habet ; in tertia incipit Celtis Epistola ad Joannem Fusemannum (Fuchsmagen) & Joannem Gra-

i) Panzer l. c. Vol. 3. p. 413.

k) Panzer l. c. Vol. 3. p. 525.

Graecum Pierium (Krachenberger) Sodalitatis Litterariæ Danubianæ principes, quæ his finitur: *Ualete wienne Kalendis Nouembribus orbe noſtro chriſtiano. 149-. Iterum ualete reliquos Apuleii libros de Platonica maieſtate & ſublimitate Noſtramque de Phebo & Marte mitbologiam lecturi: ſi iſte noſter a vobis labor probatus & hylari fronte gratus & acceptus fuerit. Sed iam Apuleium audiamus.* In fine:

Impreſſus per Joannem de hiberna arce (Winterburger)
Haud procul a ripis Rhenanis
Et urbe inuentrice & parente impreſſorie
Artis Moguncíaco feliciter.

Char. Goth. cum ſign. Fol.

Commentarii Quæstionum Tusculanarum editi a Philippo Beroaldo, Bononiæ 1496 1). In prima pagina titulus, in ſecunda nihil, in tertia vero & quarta legitur *Philippi Beroaldi Bononienſis. Ad Nobilem Philippum Cyulanum Pannonium Diſcipulum Suum Epiſtola.* Tabula, quæ tum ſequitur, vocabulorum in Tuſculanis Quæſtionibus, octo folia occupat. In fine libri quinti ſeu ultimi hæc: *Commentarios hosce quæſtionum tuſculanarum a Philippo beroaldo diligenter compoſitos: impreſſit Benedictus Hectoris Bononienſis. adbibita pro uiribus ſolertia & diligentia ne ab*

1) Panzer l. c. Vol. 3. p. 233.

ab archetypo aberraret. Bononn. Anno salutis. 1496. 6. *Kal. Augustas. Joanne Bentiuolo rei publice Bononn. habenas fœliciter moderante.* Addita sunt registrum chartarum & Typographi insigne. Char. Rom. Cum tit. signat. pag. inscript. fol. num. & litt. init. parvis. Fol. — Eodem volumine in nostra Bibliotheca continentur 1) (M.) Tullii (Ciceronis) de officiis amicitia & senectute. Paradoxa ejusdem. Opus Benedicti Brugnoli studio emaculatum additis grecis que deerant cum recognitione commentariorum Petri Marsi & Francisci Maturantii perusini &c. Venetiis 1506 m); 2) (si liceret titulo credere) M. T. Ciceronis de Finibus Bonorum & Malorum Libr. v; de Natura Deorum L. III, de Diuinatione L. II, de Legibus L. II, Fragmenta ex Academicis, de Fato, de Mundo, de Somno Scipionis. Nostrum vero exemplar mutilatum est, quod libros solum de finibus bonorum & malorum habet.

A. Cornelii Celsi de Medicina Libri VIII, Venetiis 1497 n). In prima pagina titulus duobus his vocebulis absolvitur: *Cornelius Celsus*; in secunda nihil legitur. In fine hujus editionis, quam quidem admodum raram, sed mendis non immunem esse a doctis viris compertum est, hæc exstant: *Impressum Venetiis per Philippum pin-*

O *zi.*

m) Panzer l. c. Vol. 8. p. 380.

n) Panzer l. c. Vol. 3. p. 414.

zi. Sumptibus domini Benedicti fontana. Anno domini. M.CCCC XCVII. *die.* VI. *Mai.* Insigne Benedicti Fontana ultimam paginam ornat. Char. Rom. cum tit. signat. & fol. num. & inscript. Fol. 94, quorum tria postrema numeris carent. Fol. — Eodem volumine in nostra Bibliotheca continetur alius medici argumenti liber: Practica valesci de Tharanta, quæ alias philonium dicitur: una cum domini Joannis de tornamira introductorio, Venetiis 1502 o).

S. ANTONINI, Archiepiscopi Florentini, Summa Theologiæ Moralis, Argentorati 1496 p). Opus hoc celebratissimum, partibus quattuor distinctum, summa theologica, ac Juris Pontificii & Cæsarei summa vicissim nuncupatur, quod sæpissime fuit typis exscriptum. In ista *summæ* editione, quæ a. 1740 Veronæ prodiit, enumerantur scripta omnia auctoris, qui suo tempore in maximo honore habitus a. 1459 obiit, ab Hadriano VI in sanctorum numerum post mortem relatus. — Editionis nostræ pars prima nobis deest; secunda vero hunc habet titulum: *Secunda pars totius summe maioris beati Antonini;* atque in fine hæc: *Pars hec summe Secunda domini Anthonini archiantistitis florentinn. preclarissimi. in nobili* ur-

o) Panzer I. c. Vol. 8. p. 356.

p) Panzer I. c. Vol. I. p. 57.

urbe Argentina per magistrum Johannem Grüninger accuratissime: nitidissimeque elaborata: & denuo reuisa Anno incarnationis dominice Millesimo. quadringetesimo nonagesimosexto. Kalendarum vero Maij octauo. Finit feliciter. Tertia vero hanc subscriptionem habet: *Pars summe tertia incliti Anthonini Florentini archiepiscopi sacre pagine interpretis eximii: accuratissime per Magistrum Johannem Grüninger Argentinensis incoli. his ereis litteris impressa. haud sine ingenti labore reuisa & denuo correcta. Anno christi domini salutifero Millesimoquadringentesimononagesimosexto: pridie vero nonas Martii. Finit feliciter.*

Quarta denique pars his finitur:

Obiit ipse Anthoninus vir consiliorum clarissimus Rhomane urbis olim auditor causarum. tunc archiepiscopus florentinus ordinis predicatorum obseruantialis professor. Anno dominice incarnationis millesimoquadringentesimoquinquagesimonono in vigilia ascensionis domini. Secundo videlicet die Maij: miraculis clarens. Cuius preconia in dies augentur ex salutari eius doctrina summatim in epitaphio suo congesta videlicet.

Hic est ille tuus pastor florentia pro quo
Non cesses mesto spargere rore genas.
Patribus haud priscis pietate Anthonius impar.
Qui scripsit quicquid littera sacra docet.

 Anno

Anno incarnationis dominice. MCCCCXCVI. *Augusti vero ydus pridie Pars summe quarta Anthonini archiepiscopi florentini ordinis predicatorum eruditissimi Argentine per magistrum Johannem grüninger quam vigilanti cura impressa Finit feliciter.* Char. Goth. cum tit. signat. & pag. inscript. Col. 2. Fol.

Bartholomaei Montagnanae Consilia &c. Venetiis 1497 q). Auctor ex natali loco Montaniana, Italiae oppido, nomen habuit, atque circa annum 1440 medicinae & chirurgiae scientia ita inclaruit, ut eum alterum vel secundum Hippocraten multi apellarent. — Liber noster hunc titulum habet: *Consilia Bartholomei montagnane. Tractatus tres de balneis patauinis. De compositione & dosi medicinarum. Antidotarium eiusdem.* In pagina tertia duae Gerardi Bolderii ad Jacobum de Vitalibus epistolae leguntur, quas in columna prima quartae paginae excipit tabula, cui subjunctum est consilium de mirachiali dispositione. Tandem in prima pagina folii noni, quae numero 1 signata est *Bartholomei montagnane medici clarissimi consiliorum aggregatio de egritudinibus tam communibus quam particularibus a capite usque ad pedes: & de conseruanda sanitate feliciter incipit.* Consilia numero sunt 305. Subscriptio

q) Panzer l. c. Vol. 3. p. 408.

ſcriptio totius operis his finitur: *Mandato ac ſumptibus nobilis viri domini Octauiani Scoti ciuis Modœtienſis. quarto nonas Auguſti.* 1497. *per Bonetum Locatellum Bergomenſem.* Sequitur regiſtrum chartarum, &, ut Panzer adfirmat, inſigne typographi, quod autem in noſtro exemplari, cujus ultima folia læſa ſunt, deſideratur. Char. Goth. cum tit. ſignat. pag inſcr. fol. num. & litt. init. ligno inciſis varieque ornatis. Col. 2. Fol.

Antonii Guainerii opera, Venetiis 1497 r). Auctor Medicinæ peritia clarus a. 1440 de vita deceſſit. Secunda hæc operum ejus editio in prima pagina titulum habet: *Practica Antonii Guainerii papienſis doctoris preclariſſimi.* In prima ſecundi folii pagina *Incipit tractatus de egritudinibus capitis editus per Magiſtrum Antonium Guaynerium papienſem artium & medicine doctorem clariſſimum.* In fine operis: *In hoc volumine aggregati ſunt, omnes tractatus quos clariſſimus & veriſſimus medicine interpres Antonius Guaynerius Papienſis ad diuerſas corporis humani egritudines edidit. Et aureum eſt volumen: & iuuenibus ad opus practicum nouiter accedentibus maxime utile. Et diligentiſſime emendati per preſtantiſſimum artium & medicine doctorem ma-*

r) Panzer l. c. Vol. 3 p. 407.

magistrum Hieronymum Fauentinum. — Impressum opus mandato & expensis Nobilis viri Domini Octauiani Scoti ciuis Modœtensis. 1497. 16. *Kalen. Martiis Per Bonetum Locatellum Bergomensem.* Sequitur insigne Octauiani, tum enumerantur, qui hoc volumine continentur, tractatus, denique accedit chartarum registrum. Char. Goth cum tit. sign. pag. inscr. fol. num. & litt. init. ligno incisis ornatisque. Col. 2. Fol.

Aristotelis operum ab Aldo Manutio græce editorum Volumen primum, secundum, & sextum vel, si mavis, Voluminis Primi Pars prima & secunda, ac Volumen quartum, Venetiis 1495, 1497, & 1498 s). Editio hæc operum Aristotelis græce editorum, sex, vel cum volumen primum pariter ac tertium duas, ut plerique malunt, partes contineat, quattuor voluminibus distincta t), princeps est & elegantissima, testeque Fabricio u), jam Erasmi ætate perrara caro pretio stetit; integra vero & ex omni parte perfecta nostro ævo rarissima censenda. Bibliotheca Lundensis volumina habet duo, primum scilicet, cujus ambæ partes eodem tegumento comprehenduntur, atque quartum. Prima pars voluminis primi, quæ est *Aristo-*

s) Panzer l. c. Vol. 3. p. 379, 419, 438.

t) Clement. l. c. T. 2. p. 91 & sequ.

u) J. Alb. Fabricii Biblioth. Græc. L. 3. C. 6. §. 38.

ftotelis Organon five libri logici, tituli loco in prima pagina tria habet epigrammata græca: 1) εις οργανον Αριστοτελους. Ανωνυμον; 2) Σκιπιωνος Καρτερομαχε; 3) Αλδου Μανουκιου Βασιανεος εις Φιλες. In pagina secunda legitur Aldi Manucii Romani epistola dedicatoria ad Albertum Pium principem carpensem latine scripta; in folio autem secundo exstant Alexandri Agathemeri, qui correctioni præfuit, & Scipionis Carteromachi ad Philosophiæ cultores epistolæ græcæ. Cetera etiam omnia græca sunt, hisce, quæ in fine occurrunt, exceptis: *Impressum Venetiis dexteritate Aldi Manucii Romani. Calendis nouembris.* M CCCC LXXXXV. *Concessum est eidem almo Aldo inuentori ab illustrissimo Senatu Ueneto ne quis queat imprimere neque hunc librum: neque cæteros quos is ipse impresserit: neque eius uti invento. sub pœna ut in gratia.* Et in ultima pagina: *In hoc volumine continentur: Porphyrii introductio siue uniuersalia. liber unus. Aristotelis. Prædicamenta. liber unus. Peri herminias. i. de interpretatione. liber unus: siue sectiones sex. Priora resolutoria. libri duo. Posteriora resolutoria. libri duo. Topica. libri octo. Elenchi. libri duo.* Cum signat. Sine custod. & pag. inscr. & num. Fol. PARTE SECUNDA quæ continentur, indicat titulus, qui & græce & latine expressus in prima pagina legitur. Titulus latinus partem paginæ inferiorem occupat & his absolvitur: *Eorum quæ hoc volumine continentur nomina & ordo. Aristotelis uita ex laertio.*

tio. Eiusdem uita per ioannem philoponum Theophrasti uita ex laertio. Galeni de philosopho historia. Aristotelis de physico auditu, libri octo. De cœlo, libri quatuor. De generatione & corruptione, duo Meteorologicorum, quatuor De mundo ad alexandrum, unus. Philonis iudæi de mundo, liber unus Theophrasti de igne, liber unus. Eiusdem de ventis liber unus. De signis aquarum & uentorum, incerti auctoris. Theophrasti de lapidibus, liber unus. Tres, quæ sequuntur, paginas occupat Aldi Manutii Bassianâs Romani ad Albertum Pium principem Carpensem epistola dedicatoria latine scripta In fine; *excriptum Venetiis manu stamnea in domo Aldi manutii Romani, & græcorum studiosi. Mense Februario.* M.IIID. *Impetratum est a dominis Uenetis idem in hoc quod in cæteris impressis græce domi nostræ.* Ipsum vero opus ex toto græce impressum est, cujus triginta prima folia numeris carent. In pagina vero prima numeris signata incipit: Αριστοτελους Φυσικης Ακροασεως. η περι Φυσικων αρχων, το. Α. Ultimum denique folium notam numeri 268 habet. Cum signat. custod. pag. inscr. & fol. num. Fol — VOLUMEN QUARTUM sive ultimum titulum habet græcum, cum ei etiam subjuncta interpretatione latina: *Hæc Aristotelis uolumina in hoc libro impressa continentur. Ethicorum ad Nicomachum libri.* X. *Politicorum libri* VIII. *Oeconomicorum libri* II *Magnorum moralium libri* II. *Moralium ad Eudemum libri* VIII. Paginam secun-

secundam implet Aldi Manutii ad Albertum pium Carporum Principem epistola latina, cui tamen inserti sunt versus græci. In fine operis: *Venetiis.* M. IID *Menſe iunio Apud Aldum. & hoc cum priuilegio.* Oeconomicorum libri numeris carent. Cum signat. custod. pag. inscript. & fol. num. Fol.

Joannis Boccatii Genealogiæ Deorum Libri xv, cum libro de montibus & silvis &c. Venetiis 1497 v). Pagina prima hunc titulum habet: *Genealogie Joannis boccatii. cum demonstrationibus in formis arborum designatis. Eiusdem de montibus & siluis. de fontibus lacubus & fluminibus. ac etiam de stagnis & paludibus: nec non & de maribus. seu diuersis maris nominibus.* In pagina secunda sequitur tabula, tres in columnas divisa; in folio autem sexto incipit: *Prohœmium Genealogiæ deorum gentilium Ioannis Boccacii de Certaldo ad hugonem inclytum Hierusalem & Cypri regem.* Pagina versa folii septimi habet *stirpem demogorgonis ethere dempto* in tabula ligno incisa repræsentatam. Sunt præter hanc duodecim demonstrationes in formis arborum designatæ seu tabulæ genealogicæ ligno incisæ, quarum sui quæque libri ultimam semperque versam paginam occupat. Tribus, qui postremi libri sunt, nullæ ejusmodi demonstrationes sunt additæ. Liber quintus decimus in folii cxvi

v) Panzer l. c. Vol. 3. p. 418.

recta pagina finem habet. Præmissa prolixa super L. xv tabula in tres item columnas distributa, in folii cxxxi versa pagina liber de montibus initium habet. In fine operis: *Impressum Venetiis per me Manfredum de Streuo de Monteferrato. Anno ab incarnatione Omnipotentis Dei.* M. CCCC. XCVII. *Octauo Kalendas Aprilis. Amen.* Char. Rom. cum tit. signat. pag. inscr. & fol. num. Liber de montibus &c. columnis duabus est impressus. Fol.

Ioannis Sermonetæ Commentarii super Aphorismos Hippocratis & technen Galieni, Venetiis 1498 x). Titulus his exprimitur: *Questiones subtilissime Johannis Sermonete super libros afforismorum. Eiusdem super librum tegni.* Vacua est secunda pagina. In tertia incipiunt: *subtilissimi philosophi ac preclarissimi medici Joannis sermonete questiones super libros afforismorum Ypocratis* In folio 51 initium habent quæstiones super libros Tegni, quarum in fine: *Bononie disputata anno.* 1430. *per Ioannem Sermonetam medicum clarissimum. Uenetiis vero impressa mandato & expensis Nobilis Uiri Domini Octauiani Scoti Ciuis Modoetiensis.* 1498. *pridie Kal. Apriles. Per Bonetum Locatellum Bergomensem.* In pagina penultima tabula exstat, in ultima autem registrum chartarum & insigne Octauiani Scoti. Char. goth. Cum tit. signat. pag. inscr. & fol. num. Col. 2. Fol. 73. Fol.

Ari-

x) Panzer, l. c. Vol. 3. p. 427.

Aristophanis Comœdiæ Novem, Græce cum scholiis Venetiis 1498 y). Princeps hæc editio merito judicatur, nam quæ mense Februarii a. 1495 impressa apud Aldum Manutium dicitur, eo magis suspecta jure habetur, quod nulla illius in hac ab eodem Aldo curata editione mentio est facta. Hac novem solummodo continentur comœdiæ. Aristophanis enim Thesmophoriazusæ plane ignota fuit Aldo, qui ipse in epistola, quæ præcedit, latina ad Danielem Clarium testatur, se ideo Lysistraten prætermisisse, quia vix dimidiata haberi potuit. Hæ vero duæ comœdiæ tandem a. 1515 cura Bernardi Juntæ in lucem prodierunt z). Prima pagina nostræ editionis titulum græce & latine expressum, atque epigramma græcum, secunda autem supra memoratam Aldi epistolam habet, quam in tertia pagina excipit Marci Musuri præfatio Græca, cui subjunctum est Scipionis Carteromachi in Aristophanem epigramma Græcum. Sequuntur deinde excerpta ex Hephæstionis Enchiridio, & alia Demetrii Triclinii de metris, quibus Aristophanes est usus, Platonii de differentia & diverso charactere Comœdiarum apospasmation, vita Aristophanis ab Anonymo scripta & alia brevior a Thoma Magistro, nonnullaque lectu digna de comœdiæ antiquæ, mediæ novæque scriptoribus & numero comœdiarum, omnia

P 2 græ-

y) Panzer l. c. Vol. 3. p. 438.

z) Fabr. Biblioth. Græc. L. 2. c. 21. § 5.

græce. Scholia, quæ ubique occurrunt, græca, Marci Musuri cura ex veteribus codicibus collecta sunt, descripta, & recensita. Ultima in pagina post chartarum registrum: *Venetiis apud Aldum* M ID. *Idibus Quintilis. In hoc idem quod in aliis impetrauimus.* Cum tit. signat. custod. & pag. inscr. Sine fol. num. Fol.

Speculum Exemplorum, Argentorati 1490 a). Auctor hujus libri latet, quem vero nonnulli putarunt eo vixisse tempore, quo Maximilianus Austriacus imperio Germanico præfuit. Quarta nostra editio est, quæ tituli loco hæc habet: *Speculum exemplorum omnibus christicolis salubriter inspiciendum ut exemplis discant disciplinam.* Vacua est secunda pagina, sed in tertia incipit tabula exemplorum, quæ XXVII folia implet. Deinde *Incipit prologus in speculum exemplorum ex diuersis libris in unum laboriose collectum*, qui solummodo unam cum dimidia paginam occupat. Divisus totus liber est in decem distinctiones pro numero fontium, ex quibus, quæ narrantur, hausta sunt. Distinctio prima CXII exempla seu narrationes ex *dyalogo Gregorii pape* desumtas continet; decima autem sive ultima triginta adfert exempla, quæ auctor aut verissima relatione didicit, aut in libris teutonicis scripta invenit, vel ipse facta cognovit. Incredibile dictu est, inquit Frey-

a) Panzer l. c. Vol. I. pag. 43.

Freytag b), quot fabulæ, figmenta incondita & absurda, deliramenta anilia, & obscenæ narrationes in hac collectione reperiantur, cui tamen hæc subscriptio: *Ad laudem & gloriam sempiterne indiuiduceque trinitatis beatissime Marie virginis. omnium sanctorum & angelorum finitum est & completum hoc speculum exemplorum in ciuitate Argentina Anno domini* M.CCCC XC. *altera die post dominicam Inuocauit.* Char. Goth. cum tit. signat. & pagin inscript. Inscriptio rectæ paginæ numerum distinctionis, aversæ autem fontem exhibet. Col. 2. Fol.

La Mer des Histoires, Vol. I. Parisiis 1488 c). Hic liber, id quod nullam habet dubitationem, est Epitome Historiarum ac Chronicarum, Chronica Lubecensis nonnumquam appellata d), ex latino in gallicum sermonem versa. Auctor vero hujus Epitomes, quemadmodum nonnulli existimant & quod nobis maxime probatur, nomine cognitus non est e); nonnulli vero putant, opus hoc historicum a Joanne Columna, Ord. Præd. Archi-Epi-

b) Anal. Litterar. Lipsiæ 1750, 8:o. p. 887.

c) Panzer l. c. Vol. 2. p. 289.

d) Panzer l. c Vol. 1. p. 524. Hujus operis accurata descriptio debetur J. H. a Seelen in Analect. Litter. Lubecæ 1726, Edit. Secund. p. 558.

e) Gœtz l c. I. p. 438. J. H. a Seelen l. c. p. 563. Incognitus itaque manet auctor &c.

Episcopo Messanensi, qui sæculo XIII vixit, confectum esse, & a Theologo quodam Brochart continuatum f). Hanc controversiam, quam plane tollere nunc quidem non possumus, iis dirimendam relinquimus, quibus ad majores librorum collectiones aditus patet. Interpretationis autem gallicæ nostra editio tertia habetur, quæ in prima pagina titulum habet: *La Mer des Hystoires.* Littera L formæ est maximæ, ligno incisa, variisque figuris circumdata. Secunda pagina vacua est; tertia vero, quæ multis ornamentis circumcincta pro littera initiali iconem habet, ab his incipit: *Pour esmouuoir les courages des humains & les encliner a viure vertueusement & eulx gouverner sagement, est escript ou* XIIII:e *chapitre de ecclesiastique, que lomme est bien eureux qui fait sa demourance, & se arreste en lestude de sapience.* &c. In primo præfaminis capite hæc leguntur: *Par quoy en ce present liure qui qui peust estre nomme La fleur ou la mer des histoires: & en latin est appelle Rudimentum noviciorum, cest adire en francois le Rudiment des nouices, ou lenseignement des nouueaulx. Nous raconterons par ordre. de degre en degre la greigneur partie des hystoires & des grandes choses dignes de memoire, qui sont aduenues depuis la creation du monde jusques a present. Les*

f) Catalogue des Livres de la Bibliotheque de feu M. le Duc de la Valliere. Par Guillaume de Buré, fils ainé. T. 3. p. 43. Paris 1783.

Lesquelles feront feulement touchees en bref &c. Sequuntur deinde: *Le II:e Chapitre de la matiere & forme de proceder en ce liure; le III:e des additions du translateur tirees des croniques de france; le IIII:e de la diuerfite des ans de la creation du monde; le V:e chapitre parle De linuocation De layde de dieu, par lacteur.* In folio quinto tabula initium habet, cujus hæc prima verba: *En ce liure font* VI *Aages dont la premiere contient trente chapitres.* Sunt hujus operis volumina duo; Bibliotheca vero noftra folummodo primo gaudet, quod quattuor comprehendit ætates hisque finitur: *Ce premier volume fuft acheue a paris par Pierre le Rouge imprimeur du Roy. Lan* MIIIICIIIIXX *&* VIII. *ou mois de Juillet.* Poftremo exftat figura arborem repræfentans, cui infertum eft nomen P. le Rouge. Char. Goth. cum tit. fignat. pag. infcript. multisque figuris. Col. 2. Fol. Maj.

MATTHÆI BOSSI Recuperationis Feffulanæ, Bononiæ 1493 g). In prima pagina hæc litteris capitalibus expreffa leguntur: *Quæ hoc Volumine habentur varia diverfaque & longa ex difperfione collecta quo brevi fub titulo fubjiciantur ac nomine recuperationes fefulanas lector agnofcito.* In fecunda pagina exftat epiftola Matthæi Boffi Veronenfis Canonici Regularis ad Petrum Barocium Patavinum Epifcopum, fcripta Kal. Juliis. Anno

g) Panzer l. c. Vol. 1. p. 227.

Anno ſalutis MCCCCLXXXXIII. Secundam hanc eſſe editionem libri, quo dialogi, orationes, epiſtolæque varii argumenti continentur, ſatis apparet ex primis iſtius epiſtolæ verbis: *Superiore anno multorum rogatu ſacer Antiſtes, & bonarum artium parens opuſcula mea quædam uariasque Epiſtolas hinc inde collectas, Florentiæ impreſſorum officio communes ſtudioſis noſtris hominibus reddidi: — — — — Nouo itaque conſilio ac multorum ſuaſu: quibus noſtra ſtudia (neſcio quo merito: niſi quod religioſiora) admodum placent: eam tentaui iterum artem, & adiunctis nonnullis Orationibus multisque Epiſtolis denuo imprimi opus, formarique curaui quanta fide, & diligentia potui tuo fauſtiore auſpicio Petre.* &c. Sequuntur rerum numerus titulique, Philippi Beroaldi ad lectorem, atque Matthæi Boſſi ad Joannem Medici S. R. Ec. Cardinalem epiſtola. In folio nono de tolerandis adverſis dialogus incipit. In fine libri ſive Epiſtolæ CXXXIII: *Recuperationes Feſulanas has elegantiſſimas Opus quidem aureum, & penitus Diuinum quam caſtigatiſſime Impreſſit omni ſolertia Plato de Benedictis Bononienſis In Alma Ciuitate Bononiæ. Anno ſalutis* MCCCCLXXXXIII. *Decimo tertio Kallendas Auguſtas.* Addita ſunt regiſtrum & inſigne typographi. Char. Rom. cum tit. ſignat. Sine cuſtod. pag. inſcr. & num. Fol.

JACOBI

Jacobi Philippi Bergomensis (*Foresti*) Supplementum Chronicarum, Venetiis 1492 h). Prima hujus libri Editio Veneta est a. 1483, secunda Brixiensis a. 1485, nostra quinta est, quæ ab urbe condito, sicut ceteræ, incipit, sed anno 1490 terminatur. Auctor fuit Ord. Eremitarum S. August, & ut G. J. Vossius ait i), vir multæ lectionis judiciique non vulgaris, sed qui in rebus antiquis, sæpe codicum vitio, quibus usus est, nomina immutavit; neque fuit latinitatis satis gnarus usque adeo, ut num *præter princeps*, an *principem* diceret, nihil pensi haberet. Cujusmodi apud eum plurima occurrunt. Prima nostræ editionis pagina titulum, secunda tabulam habet, creationem sex dierum quæ repræsentat. In tertia pagina variis ornamentis circumcincta *Opus preciarum supplementum chronicarum vulgo appellatum: in omnimoda historia nouissime congesta fratris Jacobi philippi Bergomensis religionis heremitarum diui Augustini decoris: quam faustissime inchoat.* In xv libros totum est descriptum opus, cujus in fine: *Ac sic demum deo auxiliante & fauente supplementi Chronicarum jam tertio terminum ponam: quam me semel & bis ac ter promisi cum omni diligentia & veritate facturum: quo in loco & nunc & semper nixus fui sine errore conscribere successiones regum ac principum*

q

h) Panzer l. c. Vol. 3. p. 320.

i) De Histor. Latinis.

cipum omnium & actus eorum: ac virorum in disciplinis execellentium & religionum origines: necnon & pontificum omnium percursus: sicut ex libro. Histo. descriptio continetur. Hoc quippe in exordio hujus operis me facere compromisi. perfectum autem est & denuo castigatum atque auctum per me opus fuit idibus octobris anno a natali xpiano. 1486. in ciuitate nostra Bergomi; mihi vero a natiuitate. 52:0. — Impressum autem Uenetiis per Magistrum Bernardinum ricium de Nouaria: anno a natiuitate domini. M.CCCC.LXXXXII. *die decimoquinto Februarii: regnante inclyto duce Augustino barbadico.* Sequuntur eadem in pagina registrum chartarum & insigne typographi, deinde vero Orlandini gleroli Brixiani disticum, Tabula generalis supplementi chronicarum secundum ordinem alphabeti, & Ad Magistratum bergomensem in omnimoda historia nouissime congesta chronicarum supplementum appellata prologus. Char. Goth. cum tit. signat. custod. pag. inscr. num. & figur. Fol. — Hoc etiam volumine in nostra Bibliotheca continetur.

Bartholomæi Anglici de rerum proprietatibus liber, Norimbergæ 1492 k). Prima pagina titulum habet his solum verbis expressum: *Bartholomeus Anglicus de Proprietatibus rerum;* in

k) Panzer l. c. Vol. 2. p. 210. Cfr. Memor. Biblioth. Lundens. p. 48.

in secunda *Auctores de quorum scriptis hic tractat sunt isti*, qui enumerantur; in tertia *Incipiunt tituli librorum & capitulorum venerabilis bartholomaei anglici de proprietatibus rerum*, qui tria vix implent folia. Sequitur in folio quinto perbreve *probemium*, cujus littera prima initialis deaurata est & ornatissima. In fine tandem operis: *Explicit tractatus de proprietatibus rerum editus a fratre bartholomeo anglico ordinis fratrum minorum Impressus per industriosum virum Anthonium Koburger inclite Nurenberge ciuem. Anno salutis gratie.* M.CCCCXCII. XX. *die Junii.* Char. Goth. Cum signat. & fol. inscript. Sine num. & custod. Col. 2. Fol.

VINCENTII BELUACENSIS speculum Morale, Venetiis 1493 l). Vincentius Beluacensis seu Bellovacensis apud Ludovicum IX gratia multum valuit, quo suadente, vel quemadmopum nonnulli dicunt, sumtus suppeditante magnae molis opus confecit in quattuor descriptum partes, quas specula appellavit. *Speculum doctrinale*, sicut auctor ipse fatetur, seriem doctrinalem (a grammatica ordientem, in Theologia desinentem), *historiale* Historiam temporalem (inde ab orbe condito usque ad a. 1244), *naturale* Historiam naturalem, *morale* autem eruditionem moralem continet. Universum opus a. 1473 Argentorati primo impressum fuit per Joannem Mentellinum, tum Norimbergae an

l) Panzer l. c. Vol. 3. p. 335.

Regiſtrum chartarum in ſubſequenti pagina legi tur. Char. Goth cum ſignat. pag. infer. & fol. num. Col. 2. Fol.

S. Bonaventuræ diſputata in primum Librum ſententiarum, Norimbergæ 1499? m) Auctor, factus denique Epiſcopus Albanenſis & Cardinalis, a. 1274 demortuus, atque a Sixto IV 1482 canonizatus ſeu in Sanctorum numerum relatus, Libros IV ſententiarum Petri Lombardi opere, quod ante oculos habemus, illuſtravit, cujus autem prima ſola pars in noſtra Bibliotheca adeſt; eique hic in prima pagina titulus: *Prima pars huius operis videlicet. diſputata ſancti Bonauenture in primum librum ſententiarum.* Sequitur in ſecunda pagina Johannis Bekenhaub Moguntini ad Nicolaum tinctoris de guntzenhauſen eccleſiæ Bambergenſis Prædicatorem epiſtola, cui ſubjectum eſt *Johannis beckenhaub Moguntini. in laudem utriusque auctoris* (Lombardi & Bonauenturæ) *carmen*, quod hæc inter alia habet:

Iam bonauenture iam claro lumine Petri
Lombardi cernes que latuere ſophos
Qualiter in trinis perſonis eſt deitatis
Unica maieſtas. que regit alta poli
Qualiter ex nihilo mundi pulcerrima forma
Sic actore deo patre creata fuit

Qualiter

m) Panzer l. c. Vol. 2. p. 228?

Qualiter humana quamuis viciasset origo
Induerit carnem filius ipse dei
Qualiter ex huius manauit vulnere sanguis
Mixtus aqua. &c.

In tertia pagina legitur Nicolai tinctoris de guntzenhausen ad Johannem Bekenhaub epistola, scripta ex bamberga a. 1491 mensis marcii die secundo, cui subjuncti sunt octo versus. Quod in subsequenti pagina Jacobus wympfling ad quoslibet theologiæ studiosos scripsit, datum est: *Ex Nurenberga nobilissima germanie ciuitate Anno Christi.* MCCCCXCIX. Quattuor ultima hujus partis folia occupat: *Ordo questionum diui Bonauenture in primum librum sententiarum.* Char Goth. cum tit. sign. & pag. inscr. Col. 2. Fol.

Scripta Medica, quorum tituli in prima pagina ita enumerantur: *Expositio Dini Florentini super tertia & quarta & parte quinte Fen quarti canonis Auicenne cum textu. Gentilis de fulgineo super tractatu de lepra. Gentilis de florentia super tractatibus de dislocationibus & fracturis. Tractatus Dini de ponderibus & mensuris. Eiusdem de emplastris & unguentis*, Venetiis 1499 n). Dinus de Garbo Florentinus, atque Gentilis de Fulgineo vel de Florentia sæculis XIII & XIV vixerunt, & in discupulis Thadæi Florentini magnum nomen habuerunt. Editio hæc nostra admodum rara habenda est & paucis cognita. Folia 152 numeris

n) Panzer l. c. Vol. 3. p. 447.

meris signata sunt; in folio autem 153, quod, sicut novem, quæ sequuntur folia, numeris caret, *Incipit compilatio emplastrorum & unguentorum Magistri Dini florentini artium & medicine doctoris excellentissimi.* Hunc itaque tractatum seorsim esse impressum, Panzer dicit. Ejus in fine: *Expliciunt unguenta Dini Florentini artium & medicine doctoris famosissimi ad laudem dei omnipotentis: Impressa Uenetiis commissione & expensis prouidi viri domini Andree de Torresano de Asula: per M Johannem Hertzog alemanum de Landaw. Anno salutis domini: 1499. die vero decembris.* 4. Sequuntur registrum chartarum, & hi versus:

Collige triticibus medicine pondera granis.
Grana quater quinque scropulum pro pondere sume.
In scropulis tribus surgit dragma multiplicatis.
Si solidum queris tres dragmas dimidiabis.
Exagium solidum distant in nomine solo.
Ex octo fieri dinoscitur uncia dragmis.
At bis sex uncie computant pro pondere libre.
Quotilla/a sextario distat in nomine solo.
Si queris pondus quod habet sextarius unus.
Librarum quinque pondus debes dimidiare.

Ultimum locum occupat insigne typographi. Char. Goth. cum tit. signat. pag. inscr. & fol. num. sine custod. Col. 2. Fol.

Scriptores Rei Rusticæ cum commentario Beroaldi, Regii 1499 o). Prima pagina hunc titulum

o) Panzer l. c. Vol. 3. p. 395.

lum habet: *Opera Agricolationum: Columellæ: Varronis: Catonisque: necnon Palladii: cum exſcriptionibus & commentariis. D. Philippi Beroaldi.* In ſecunda pagina Georgii Alexandrini & Philippi Beroaldi Epiſtolæ leguntur. Quæ ſequuntur octo folia, priſcas voces Catonis, Varronis, & Columellæ, a Georgio Alexandrino explicatas continent. In fine operis ſeu Palladii Libri decimiquarti hæc: *Opera agricolationum Columellæ: Varronis. Catonisque necnon Palladii: cum excriptionibus. D. Philippi Beroaldi: commentariisque. Impreſſa Regii impenſis Franciſci Mazali Regien. Imperante diuo Hercule Eſtē.* MCCCCLXXXXVIIII. *Die* XX. *Nouembris.* Subſequitur *D. Vgerii Pontremulenſis legum ſcholaſtici ad lectorem carmen,* quod viginti verſibus abſolvitur, quorum hi primi:

Ocia da feſſis tandem ſtudioſe comœnis:
Aoniique celer numina linque iugi.
Non ſemper cytheram tendit formoſus apollo:
Nec mars cornipedes in fera bella trahit:
Rura tibi placeant nitidi quoque cultus agelli:
Rure nihil culto gratius eſſe poteſt: &c.

Denique exſtat regiſtrum chartarum & inſigne Typographi Char. Rom. Cum tit. ſignat. pag. inſcript. & litt. init. varie decoratis. Sine cuſtod. & num. Fol. — Eodem volumine in noſtra Bibliotheca comprehenduntur Petri Creſcentienſis de agricultura omnibusque plantarum, & animalium generibus Libri XII cum figuris, Baſileæ 1548.

MARTIANI

Martiani Minei Felicis Capellæ de Nuptiis Philologiæ & Mercurii Libri duo, & de ſeptem artibus liberalibus, ſeu de grammatica, dialectica, rhetorica, geometria, arithmetica, aſtronomia, & muſica, Libri ſeptem, Vicentiæ 1499 p). Prima pagina titulum habet, ſecunda vero epiſtolam dedicatoriam editoris Franciſci Vitalis Bodiani ad Joannem Chæregatum Epiſcopum Catharenſem, quæ ita incipit: *Cum illud Diuini Platonis mente uolutarem Pater. R. Non ſibi ſolum quenque natum eſſe. His Feriis: quas Vacationes appellant cœpi mecum cogitare: quidnam cudere poſſem: quod & ſtudioſis aliqua in parte & mihi: ne ocio langueſcerem: plurimum conduceret. Occurrit Martianus Capella Cyclicæ Diſciplinæ Auctor eminentiſſimus: Qui breui Compendio ſeptem Artes liberales ita complexus eſt: ut eas tanquam Enchiridion habere cupientibus: lectione Felicis Capellæ nihil commodius inueniri poſſe videatur. Verum inter cogitandum me non vulgaris tenuit admiratio: Cum rei impreſſoriæ dexteritate omnes fere boni Codices in lucem prodierint: cur tam diu delituerit Martianus: quem Impreſſorum: — — — — Nemo ad hunc usque diem attentauerit imprimere.* &c. Ex his itaque facile apparet, hanc Martiani Capellæ editionem principem eſſe, quæ rariſſima etiam jure habetur, ſed mendis referta, quamvis editor ſupra duo millia loca a ſe repoſita eſſe teſtetur.

r In

p) Panzer, l. c. Vol. 3. p. 521.

In fine ejus hæc: *Martiani Capellæ Liber finit: Impressus Vicentiæ, Anno Salutis* M CCCCXCIX. XVII. *Kalendas Januarias per Henricum de Sancto Urso: Cum gratia & priuilegio decem annorum: ne imprimatur neque cum Commentariis: neque sine: & cætera: quæ in ipso priuilegio continentur. Laus Deo & beatæ Virgini.* In folio ultimo leguntur: *Castigationes erratorum: quæ & celeritate impressorum & incuria contigerunt. Nec non quædam loca: quorum lectio secus legitur in exemplaribus.* Postremo occurrunt chartarum Registrum & Typographi insigne. Char. Rom. q) cum signat. pag. inscr. & litt. libr init parvis. Sine custod & num. Fol. — Eodem volumine in nostra Bibliotheca continentur Joannis Boccacii Genealogiæ Deorum Gentilium Libri XV cum libro de montibus, silvis &c. Parrhisiis A. MDXI.

Expositio GUALTERI BURLÆI (Angli) super decem Libros Ethicorum Aristotelis, Venetiis 1500 r). Prima hujus libri editio Veneta est A. 1481 typis excusa; eam vero mendosam esse, facile colligitur ex primis verbis perbrevis ad Lectorem epistolæ, quæ in hujus editionis pagina secunda legitur. Sunt autem hæc: *Conspicientes librum ethicorum Aristotelis iuxta expositionem Gualteri Burlei ad intelligendum facillimum: tum imperitia scriptorum: tum impressorum in curia*

q) Panzer characterem gothicum esse non recte scripsit.

r) Panzer l. c. Vol. 3. p. 474.

euria: fedum: incompofitum: & confufum apparere oculis fe legentium: uoluimus communi utilitati fimul & tam excellentis operis decori confulere: Nouam enim hanc impreffionem fieri curauimus &c. Tredecim, quæ fequuntur, folia implet *Summarium feu tabula omnium eorum quæ continentur in libro ethicorum Ariftotelis* in duas columnas divifa. In fine operis: *Gualteri Burlei doctoris egregii fuper decem libros Ethicorum Ariftotelis Expofitiones expliciunt. Uenetiis Impreffe arte Simonis de Luere: Impenfis vero domini Andree Torrefani de Afula. Anno M. d. Die vero.* IIII. *feptembris;* & Regiftrum chartarum. Char. Goth. cum tit. fignat. pag. infcript. & fol. num. Sine cuftod. Folia numeris fignata 170. Fol.

Petri Lombardi Libri IV fententiarum cum conclufionibus Henrici Gorichem, Bafileæ 1492 s). Hæc tertia eft editio ejusdem libri, cujus fecunda jam memorata eft t). Duo autem pofteriores libri utriusque editionis tam fimili ratione impreffi funt, ut a fe invicem dignofci vix poffint. Tertia vero editio tituli loco habet: *Textus fententiarum cum conclufionibus Heinrici gorichem. necnon fcriptis fancti Thome de Aquino ad hanibaldum epifcopum.* Ejusque in fine infignibus Typographi hæc fubfcripta: *Liber Sententiarum magiftri Pe-*

s) Panzer, l. c. Vol. 3. p. 171.
t) Memor. Biblioth. Lundenf. p. 64.

Petri Lombardi: cum conclusionibus magistri Henrici Gorichem: sacrarum litterarum interpretis explicit. Impensis atque singulari opera Nicolai Kesters ciuis Basileen̄. ad honorem sancte & indiuidue trinitatis ac fidei catholice augmentum & tuitionem quam diligentissime impressus. Anno incarnationis domini post milesimum quaterque centesimum nonagesimo secundo. Duodecimo vero Kaln̄. Martii. Sequitur deinde *registrum breue & utile omnes fere sententias. questiones & conclusiones in quattuor sententiarum libris tactas continens. secundum ordinem alphabeti inferius annotatum.* Desunt vero tituli quæstionum Sancti Thomæ, & varii articuli erronei, qui priori editioni sunt additi. Char. Goth. cum tit. signat. pag. inscript. Sine custod. & num. Col. 2. Fol.

Hypnerotomachia Poliphili, Italice, Venetiis 1499 u). Poliphili sub nomine latet Franciscus Columna, Canonicus Regularis, qui circa annum 1467 Tarvisii vixit, atque ex amata Polia Poliphilum se vocavit. Quid conscribendo hunc librum in primis docere voluerit auctor, titulus ostendit, qui in prima pagina ita se habet: *Hypnerotomachia Poliphili, ubi humana omnia non nisi somnium esse docet. Atque obiter plurima scitu sane quam digna commemorat. — — Cautum est, ne quis in dominio ill. S. V. impune hunc librum queat impimere.* Liber hic rarior, quam

u) Panzer, l. c. Vol. 3. p. 462.

quam laudatior, v) impressus est & publicatus sumtibus Leonardi Crassi Veronensis, cujus in pagina secunda initioque tertiæ legitur epistola latina ad Guidum Illustriss. Ducem Urbinum. Sequitur *Io. Bap. Scythæ carmen ad clarissimum Leonardum Crassum artium ac iuris Pontificii consultum;* & deinde *Anonymi elegia ad Lectorem.* Argumentum operis in pagina quinta proponitur; quæ subsequuntur vero, duas paginas carmen italicum implet; additaque sunt epigrammata duo latina. Tandem, præeunte iterum titulo, & Poliphili ad Poliam epistola, opus ipsum incipit, cujus in fine: *Vale ergo Polia. — — Taruisii cum decorissimis Poliæ amore lorulis, distineretur misellus Poliphilus.* M.CCCC.LXVII. *Kalendis Maii.* Accedunt *Epitaphium Poliæ, & Epitaph. ubi Pol. loquitur.* Ultimam paginam occupant: *Li errori del libro. facti stampando,* cujus ad calcem: *Venetiis Mense Decembri.* M.ID. *in ædibus Aldi Manutii, accuratissime.* Char. Rom. cum tit. custod. signat. & figuris. Sine fol. inscr. & num. Fol.

P. Ovi-

v) Le songe de Poliphile est une espece de Roman le plus ennuyeux — le fond du langage est un Italien Lombard. Mais l'Auteur y mêle tant de mots écorchés les uns du Grec, les autres du latin, qu'il semble proprement ne parler aucun langage connu. *Menag.* IV. *p.* 69 *sequ.*

P. Ovidii Nasonis Metamorphoseon Libri xv, sine nota loci & anni. In librorum catalogis, qui nostras in manus venerunt, frustra quamvis diligentissime, hanc editionem, etiam clarissimo Panzer ignotam, quaesivimus. In ea praecedit, quam cum perbrevis sit, totam exscribere licet: *Johannis Andree Episcopi Aleriensis in cyrno epistola. Publium ouidium nasonem pater beatissime paule secunde venete pontifex maxime acerrimi poetam ingenii nemo est qui maxime non admiretur, nemo qui non diligat & ut suauissimum exosculetur. Magnum tamen eius metamorphoseos opus (quodque inemendatum ab eo propter exilii calamitatem relictum est) omnibus illius prestat operibus. id nos per estatem presentem quasi ludentes inter maiora ciceronis orationum opera recognouimus. & parua quedam argumenta fabularum principiis apposuimus Si quis fortasse diligentius in ea re vigilauit, aut plenius quicquam ab antiquis traditum habet, exponat illud in publicum rogamus. Nos ipsi satis arctati temporum angustiis, necessitati potius paruimus, quam nostro desiderio Cetera omnia poete opera (quanta cura possumus) congregamus, ut lenissimus vates in duobus legi totus voluminibus possit. Rome quintodecimo Kalendas Augusti.* M.CCCC LXXI. *pontificatus tui candidissimi anno septimo.* Infra hi leguntur versus:

Orba parente suo quicunque volumina cernis,
His saltem nostra detur in urbe locus.

Quo-

Quoque magis faueas, non hec sunt edita ab ipso,
Sed quasi de domini funere rapta sui.
Quicquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
Emendaturus (si licuisset) eram.

Qui vero in fine editionis romanæ a. 1471 x), exstant versus ita incipientes: Aspicis illustris lector &c, in hac nostra desiderantur, cui nihil additum est, ex quo locus vel tempus impressionis cognosci potest. Distinctionis notæ sunt comma, punctum, signumque interrogationis. Ut spatium esset librorum litteris initialibus, quas etiam pictas nostrum exemplar habet ex tribus primis versibus ubique sex lineæ sunt factæ. Char. Goth sine tit. custod. fol. inscr. & num. Cum signat. Lin. 36. F. l. 187. Fol.

Libri, qui inscribitur Il Decamerone di Messer Giovanni Boccacio versio germanica, Ulmæ sine nota anni y). Rarissimus hic liber prima est editio hujus operis versionis germanicæ, aut saltim ad similitudinem primæ editionis accurate expressus. Eum vero inter antiquissima artis typographicæ monumenta esse numerandum statim apparet. Titulus nullus adest. Præfamini autem hæc verba sunt præmissa: *Hie hebt sich an das püch von seinem meister In greckisch genant decameron, daz ist cento nouelle in welsch Un̄ hundert histori oder neüe fabel in teütsche. Die der hoch gelerte poete Johannes boccacio ze liebe und frünt-schafft*

x) Panzer, l. c. Vol. 2. p. 425.
y) Panzers Annalen der ältern deutschen Litteratur, B. I. S. 49. Nürnberg 1788.

schafft schreibet dem fürsten und principe galeotto. Die in zechen tagen von syben edeln frawen uñ dreyen iungen mannen zü einer tötlichen pestilenzischen zeiten gesaget worden. Character distinctus est & majusculus. In recta quavis pagina (foliis, quæ præfamen continent, exceptis) indicatur folium, ex. gr. *Plat.* LXXXI; in versa autem diurnum iter, ex. gr. *Die ander Tagraiss.* Litteræ fabularum initiales in nostro exemplari appictæ sunt. In fine tandem operis: *Geendet seliglichen zu Ulm;* cui ne verbum quidem additum est. Char. Goth. fine tit. custod. signat & num. Cum pag. inscr. Lin. 38. Col. 2. Fol.

Chronicon Saxonicum, lingua Germaniæ inferioris conscriptum, Moguntiæ 1492 z). Res gestas in primis in Germania usque ad annum 1489 hic liber continet, cujus auctor Cord Bothe vel Conradus Botho, civis Brunsvicensis, perhibetur. Eum vero in linguam Germaniæ superioris versum, auctum, illustratum, & usque ad annum 1588 continuatum Johannes Pomarius a. 1589 Wittembergæ edidit amplissimo titulo: Chronica der Sachsen und Niedersachsen. In welchem fleissig beschrieben wird, was sich von anbeginn der Welt bis anhero, in Geistlichen und Weltlichen Hendeln und Sachen, Zustandt, Ankunfft, vorenderung und fortpflanzung, Heidnischer, Papistischer und Euangelischer Religion, auch mit Friedes und Kriegeshändeln, Rath und anschlege,

z) Panzers Annal. d. ältern deutschen Litteratur. B. I. S. 196.

anschlege, in Deudtschlandt, Sachsen, Franckreich, Schwaben, Francken, Düringen, Meissen, Wenden, Schlauen, Behemen, Italien, Niederlandt, Spanien, Polen, Holstein, Dennemarck, Schweden, Flandern, Lifflandt, Auch in andern Nationen, Lendern und Herrschafften, und sonderlich mit den vornemsten Städten, in Deudtschlandt, Als da seindt die Seestädte und Hensestädte, Löbliches und dechtwirdiges zugetragen, von jaren zu jaren, &c. De nostra autem editione cl. Pomarius ita scripsit: Es ist im Jahr nach Christi geburt 1492 in der Stadt Mentz ein altes Sechsisches Chronicon, dessen Jahr oder Geschichte, sich von Anfang der Welt bis ins 1489 Jahr erstrecket, mit vielen Figuren, doch ohne Tittel und Namen des Autoris, in druck verfertiget, welchs Chronicon, wiewol es schlecht, kurtz und einfeltig, nach derselben zeit und gelegenheit gestellet, Demnach dem Leser so lieb, und anmütig gewesen, das die Exemplar bald verrucket und also auffgekauffet worden, das man nun vorlengest, und vielen Jahren, keine Exemplar desselben mehr hatt zu kauff bekommen können, und demnach viel fragens darnach hin und wider gewesen, und zu zeiten ein gut freund dem andern, ein alt Exemplar zur besondern ehrengabe geschenket, oder da es sonst einer vom andern hat haben wollen, es thewr gnug, und vier oder fünffeltig hette bezahlen müssen, wie ich weis, das noch newlicher zeit, von einem vor-

nehmen Herrn, fünff Thaler für ein Exemplar desselbigen gegeben worden sein &c. Ista igitur aliisque rationibus ductus Pomarius, sicut ipse testatur, multorum suasu consilium inivit, iterum edendi, augendi, continuandi, & in linguam Germaniæ superioris (hochdeutsche sprache) transferendi vetus hoc Chronicon, cujus auctor latet. Præmissa quidem nonnulla sunt de mundi creatione, de diluvio, veteri Roma, & nativitate Christi; in pagina vero undecima nostræ editionis hæc leguntur verba: *So wil ich in dem datū an benē von den tyden do konig karle genōmet de grot in franckricke begunde to regeren. wede vorder wil wetten wat twischen goddes bort unde koningh karels tyden gescheyen is de maghe de Romischen unde englische cronica lesen* Neque accurata quædam rerum descriptio nisi ab ætate Caroli Magni incipit, & eo quidem modo, ut præposito anno, quæ acciderint memoratu dignissima, adferantur. Ex gr. M.CC.XI. — — *In dussem suluen iare wart gebuwet Stralsunt itlike willen dat hebbe gebuwet konigh woldemar to dennemarcke. unde itlike willen dat hebbe gebuwet Garmanus eyn forste der ruganer. vn̄ itlike willen dat hebben gebuwet de hertogen van pomeren.* — — M.CCCC.LXXXII. *In dussem iare starff konigh Karsten to dennemarcke unde syn sone Johanns wart weder ein konigh so hyr na steyt Ock so starff hertoge wilhelm de olde to brunswick unde lunenborch.* Figuræ sunt numerosissimæ

mæ, eoque præsertim vetus nostra editio præclara, quod earum plurimæ urbium virorumque insignia repræsentant, quæ in posteriori nuper memorata editione desiderantur. Dolendum vero est, nostrum exemplar imperfectum esse, nec omnia folia eo quo debent ordine inter se colligata. In fine operis litteris rubris: *Dusse Kronecke van keyseren unde anderen fursten unde steden der sassen mit oren wapen hefft geprent Peter schoffer van gernszheim In der eddelen stat Mentz. die eyn anefangk is der prentery. In deme iare na cristi gebort. Dusent. vierhundert.* LXXXXII. *uppe den Sesten dach des Mertzen.* Sequitur insigne typographi. Char. Goth. sine tit. custod. fol. inscr. & num. Initio fine, postea cum signat. Fol. num.

Svidæ Lexicon græce tantum, Mediolani 1499 a). Princeps hæc est, rarissima, & sola Suidæ editio, quæ sæculo decimo quinto in lucem prodiit. In prima pagina inter Bibliopolam & litterarum Studiosum dialogus exstat græcus, quo liber commendatur, tribusque aureis venum exponitur. Secunda pagina duo habet epigrammata latina ab Antonio Motta, Chalcondyli olim præceptore, conscripta. Ex Joannis Mariæ Catanei ad Albertum Pium epistola latina, tertiam paginam quæ occupat, apparet, editionem hanc deberi in primis studio Demetrii Chalcondyli. *Latebat*, inquit Jo. Mar. Cataneus, *in tenebris paucorum factus tam pre-*

S 2 *cio-*

a) Panzer l. c, Vol. 2. p. 91.

ciosus autor: & ab omnibus indies desiderabatur, nullus opem ferebat, nec poterat. tandem ad hanc prouinciam reseruatus uir atticæ facundiæ princeps Demetrius Chalcondyles præceptor noster: non ut cæteri græcorum studiosis tantam felicitatem inuidit: sed ducem se constituens: egregios huius artis & industrios artifices Joannem bisolum & Benedictum mangium Carpenses accersiuit: per quos typis in melius reformatis, additis etiam plerisque, & magnæ, & admirandæ gratiæ: quippe qui in eo genere præstantissimi sint: & præter conditionem, & ætatem suam pluribus multocies collatis exemplaribus emendandum, imo excolendum, & renouandum Suidam aggreditur tanto studio & diligentia usus: ut obscura detexerit, inuersa correxerit, manca suppleuerit, & ut demum quod sentio dicam, in illo expoliendo autorem ipsum superaverit. In præfatione græca, quæ in secundi folii pagina versa legitur, testatur laudatus Chalcondyles, qui Chalcondilus & Chalcondilas etiam nominatur, se ad hanc conficiendam editionem pluribus usum fuisse codicibus manuscriptis, nonnulla tamen, quæ emendare non posset, ut erant, reliquisse; idemque docet, Suidæ librum in Græcia pridem atque Italia ita rarum fuisse, ut, qui eum haberent, thesaurum se habere jactarent. In fine operis registrum est chartarum, atque hæc subscriptio: *Anno ab incarnatione.* M.CCCC.LXXXVIIII *die* XV *nouembris, Impressum, Mediolani impensa & dexteritate D De-*

Demetrii Chalcondyli Joannis Bissoli Benedicti Mangii Carpensium. Sequuntur insigne typographorum & in pagina penultima Joannis 'Isalandi ad Demetrium Calchondilum & lectorem versus. Charta magna est & optima, litteræque nitidæ. Sine tit fol. inscr. & num. Cum signat. & custod. Fol.

VARIORUM AUCTORUM GRÆCORUM EPISTOLÆ, Græce tantum, Venetiis 1499 b). Opus in duas partes divisum est, sed errore quodam factum, ut, quæ pars per sed posterior est, in nostro volumine præcedat. Prior pars titulum græcum habet, eique subjunctum latinum: *Epistolæ diuersorum philosophorum. oratorum. Rhetorum sex & uiginti. Quorum nomina in sequenti inuenies pagina.* Auctores, qui græce & latine enumerantur, epistolarum sunt; Synesius, Demosthenes. Plato. Aristoteles. Philippus. Alexander. Hippocrates. Democritus. Heraclitus. Diogenes. Crates. Anacharsis. Euripides. Theano. Melissa. Mya. Alciphron. Philostratus. Theophylactus. Ælianus. Æneas. Procopius. Dionysius. Lysis. Amasis. Musonius. Eorum in laudem septem versus jambici græci, in latinum etiam translati, sunt additi. Sequuntur ΕΠΙΣΤΟΛΙΚΟΙ ΤΥΠΟΙ, seu epistolarum scribendarum doctrina, & deinde epistolæ ipsæ, quarum ultima est Marci Musuri, correctoris. Accedit registrum, & hæc subscriptio: *Venetiis apud Aldum*

b) Panzer l. c. Vol. 3. p. 460.

dum mense Martio M.ID. *cum priuilegio ut in cæteris.* Pars posterior titulum græcum habet, eique adjunctum latinum: *Epistolæ Basilii Magni Libanii Rhetoris. Chionis Platonici. Æschinis & Isocratis oratorum Phalaridis Tyranni. Bruti Romani Apollonii Tyanensis. Juliani Apostatæ.* In secunda pagina exstat brevis hæc Aldi Manutii Romani ad Antonium Codrum Urceum epistola: *Collegimus nuper Codre doctissime quotquot habere potuimus græcas epistolas, easque typis nostris excusas, duobus libris publicamus, præter multas illas Basilii, Gregorii, & Libanii, quas cumprimum fuerit facultas, imprimendas domi seruamus. Auctores uero, quorum epistolas damus, sunt numero circiter quinque & triginta, ut in ipsis libris licet uidere. has ad te, qui & latinas & græcas litteras in celeberrimo Bononiensi gymnasio publice profiteris, muneri mittimus, tum ut a te discipulis ostendantur tuis, quo ad cultiores litteras capessendas incendantur magis, tum ut apud Te sint Aldi Tui* μνημόσυνον & *pignus amoris. Vale Venetiis quintodecimo calendas maias.* M ID. In tertia vero pagina initium ipsius operis fit, cujus in fine post registrum: Ἐνετίησι καὶ τοῦτο παρ᾽ ἄλδῳ τοῖς φθάσασιν ὁμοιοτρόπως. *Venetiis apud Aldum eadem qua cætera conditione.* Cum tit. signat. & custod. sine fol. inscr. & num. 4. — — Partis posterioris duo exemplaria habet nostra Bibliotheca, quorum alterum

rum, quod imperfectum est, priori parti fuit præligatum.

Guilelmi Duranti Rationale diuinorum officiorum, Norimbergæ 1494 c). Auctor, qui Durantus, Durandus, & Durantes passim appellatur, natus Pusmoyssonius, & tandem factus Episcopus Mimatensis, Romæ obiit a. 1296. Opus hoc liturgicum celebratissimum fuisse, quod ceteris omnibus ejusdem generis palmam præripuit, etiam testantur ejus plurimæ sæculis xv & xvi repetitæ editiones. Nostra editio in prima pagina titulum, in secunda nihil habet. Tabula operis, quod in octo libros distributum est, quæ sequuntur, quattuor paginas implet. Primus liber habet, sicut tabula indicat, novem rubricas: de ecclesia & ejus partibus, de altari in ecclesia, de picturis & ornamentis ecclesiæ, de campanis ecclesiarum, de cimiterio & aliis locis sacris, de dedicatione ecclesiæ, de altaris consecratione, de consecrationibus & unctionibus, de ecclesiasticis sacramentis. Liber vero quartus quattuor continet partes, octavus duas, quarum prima in quattuor iterum dividitur partes. In fine hæc: *Rationale diuinorum officiorum impensis Antonii Kobergers Nurnberge impressum. Anno salutis millesimo qdringentesimo nonagesimo quarto. pridie Kal'. octobris finit feliciter.* Char. Goth. Cum tit. signat. atque inscr. in

c) Panzer l. c. Vol. 2. p. 216.

in verſis & num. in rectis foliorum paginis. Col. 2. Forma eſt folii quadruplicati.

Guilelmi Duranti Speculi Judicialis Lib. primus & ſecundus, Venetiis 1494 d), Lib. tertius & quartus Venetiis 1501. Idem Durantus juris peritiſſimus fuit atque ſpeculator nominatus ex aureo hoc opere, *Speculo* inſcripto, quod in eo cauſſarum ordinem Forenſes ſpeculantur. Hujus etiam permultæ editiones ſæculo typographico in lucem prodierunt. Editionis Venetæ, quæ ad annum 1494 refertur, noſtra Bibliotheca ſine ullo dubio Libros primum & ſecundum habet, qui duas partes efficiunt, uno volumine in noſtro exemplari comprehenſas. Prima pagina habet hæc verba litteris rubris expreſſa: *Cum priuilegio. Speculum Guielmi duranti cum additionibus Joan. Andr. & Bal. & cum pluribus aliis additamentis in hac impreſſione Baptiſte de tortis cum repertorio ſuo nouiter editis.* In ſecunda pagina epiſtola legitur dedicatoria Bernardini ex capitaneis de landriano ad Tadeum vicomercatum oratorem mediolanenſem, ubi hæc inter alia: *Quapropter ornatiſſime orator obſecro: ut pro tua in omnes & precipue in me humanitate: Speculi munus hoc: meis lucubrationibus ſplendidius effectum accipere non poſtponas: atque in eo ſepe conſpicere.* Data eſt epiſtola *quarto nonas Februarias.* M.CCCC.LXXXXIIII.

In

d) Panzer, l. c. Vol. 3. p. 351.

In fine partis primæ in verfa pagina folii 133: *Explicit prima pars Speculi Guil. duranti cum additionibus Joannis andree & Baldi fuis locis pofitis: & multis aliis additionibus in hac impreffione Baptifte de tortis nouiter editis.* Ad calcem vero partis fecundæ in recta pagina folii 348 hoc folum: *Finis fecunde partis fpeculi.* — Librum feu partem tertiam, quæ in folio 242 initium habet, cum libro quarto, qui in folio 362 incipit, unum efficere volumen, ex ultimis his in folio 527 vocabulis colligitur: *Explicit tertia & quarta pars Speculi Guielmi duranti cum additionibus Joannis Andree & Baldi & pluribus aliis nouiter adiunctis fuis in locis ubique pofitis.* Sequitur tandem in pagina recta folii 528 *Regiftrum Speculi* (chartarum) cum hac fubfcriptione: *Uenetiis per Baptiftam de toris.* MCCCCCI. *die* XXII. *aprilis,* & infigni typographi. — Editionis hujus a. 1501 vulgatæ, cujus partes tertiam & fecundam habemus, nullam Cel. Panzer mentionem fecit. Eft vero hæc priori nuper memoratæ editioni fimillima. Char. Goth. cum fignat. pagin. infcr. fol. num. ec litt. inic. parvis. Col. 2. Fol. maj. — Eodem regumento, quo Speculi partes tertia & quarta, continetur *Duranti Repertorium juris feu Speculi,* quod in recta pagina folii 80 his finitur: *Uenetiis per Baptiftam de tortis.* MCCCCCI. *die.* VIII. *Maij.* & infigni typographi. Neque ifta repertorii editio in libris a cl. Panzer enumeratis locum habet.

t Di-

Digestum Vetus cum gloſſis, ex recognitione Petri Foſſani, Venetiis 1491 e). Digeſti veteris gloſſati hæc editio nona habetur, cujus in fine: *Opus totius iuris ciuilis utiliſſimum: magna cum diligentia & emendatione ſcriptum: una cum ſummariis doctorum in preclariſſima venetorum urbe: Andreas thoreſanus de Aſula ſuis arte & impenſis feliciter expleuit. Anno ſalutis Millesimo quadringenteſimo nonageſimo primo: ſeptimo kalendas aprilis.* Subjunctum eſt inſigne Andreæ Thoreſani; in ejusdem paginæ ſecunda columna legitur *Petri foſſani pro recognitione operis caſuumque adiectione: ad lectorem breuis Epiſtola*, quæ ita incipit: *Codicem. ff. veteris* (*exuberans ſane ciuilis ſapientie fons*) *quum a quibusdam amiciſſimis meis: tum maxime a ſtudentium commodo: inter primos fauente Andrea thoreſano de Aſula: non minus mihi amoris nodo: quam propenſi commune in compendium auiditate ſui animi plurimum unito: per ocium examuſſim* (*eius communisque utilitatis cauſa*) *diu inſtantiſſimeque compunctus forem: recognoſcere*: &c. — Data epiſtola eſt *ex Venetiis ſeptimo Calendas aprilis.* M.CCCC.XCI. Sequitur in duabus paginis *tabula alphabetica rubricarum ſupraſcripti digeſti veteris*, & in pagina ultima chartarum regiſtrum. Char. Goth. cum ſignat. pag. inſcr. libr.

e) Panzer l. c. Vol. 3. p. 294. — cfr. Memor. Bibl. Lundenſis p. 41.

libr. & fol. num. roman. Col. 2. Fol. 379. Fol. maj. — Folio primo nostrum exemplar caret, cui, eodem tegumento, adjuncti sunt: Casus in terminis super digesto veteri VIVIANI doctoris bononiensis, sine loco & anno f). Initium ejusmodi est: *Omnem. Casum sic ponas. Dominus imperator alloquitur doctores legum in hac constitutione. Et qui sunt isti doctores: dixit in rubrica huius constitutionis. Dicit. n. Justinianus quod fecit instituta in quatuor libros diuisa. Et fecit librum digestorum in. l. libros diuisum. Item fecit codicem in.* XII. *libros diuisum. Nam primo fuit codex compilatus ad preceptum Justiniani ex tribus codicibus gregoriano hermoge. theodo deinde confirmatus & postea dissolutus. Querit Justinianus ab illis doctoribus: qualiter legunt. Respondent doctores: quod legunt sicut moris & consuetudinis olim erat. Justinianus dicit quod vult tradere nouum modum qualiter legere debeant* &c. In fine libri: *Expliciunt casus domini viuiani super ff veteri.* Sequitur registrum chartarum. Char. Goth. cum sign. & pag. inscr. Sine custod. & fol. num. Col. 2. Fol. maj. Primum folium exemplaris nostri desideratur.

DIGESTUM INFORTIATUM cum glossa, Venetiis 1488 g)? Digesti infortiati glossati undecim

t 2 edi-

f) Panzer l. c. Vol. 4. p. 209.

g) Panzer l. c. Vol. 3, p. 1104?

maj. Deest folium primum. – Eodem volumine in nostra Bibliotheca continentur:

Francisci Accursii casus longi super digesto novo, sine loco & anno. Auctor, Accursii Florentini filius, Professor Bononiensis, a 1300 & sequentibus floruit. Rarissima hæc editio est, & clarissimis Bibliographis, quotquot consulere nobis concessum fuit, ignota, cujus ad calcem: *Finiunt casus longi domini Francisci accursii sup. ff. novo.* Char. goth. cum signat. & pag. inscr. Sine custod. & fol. num. Col 2. Fol. maj.

Bartoli de Saxoferrato Lectura super prima parte Digesti Veteris, Venetiis 1499 i). Bartolus acuto ingenio & incredibili diligentia jus civile, profitendo scribendoque, tractavit, adeo ut inter veteres juris interpretes primæ ei non immerito deferantur. Juris civilis professionem Pisis aliquamdiu sustinuit, deinde vero Perusii, ubi a 1355 decessit. Ejus commentaria seu Lecturæ sæpissime sæculo xv in lucem prodierunt: neque id admirationem habet, cum celebratissimum eorum nomen fuerit. Veronæ perhibetur statutum fuisse, ut nemo, qui ea non habuisset, Jurisprudentum Collegium ibi ingredi posset. Lectura Bartoli super prima digesti veteris Venetiis a. 1475 primo typis fuit excusa. Nona sive decima nostra habetur editio,

i) Panzer l. c. Vol. 3. p. 449, 2445.

editio, cujus in fine: *Peritiſſimi legum doctoris: domini Bartoli de ſaxoferrato: lectura una cum additionibus Alexan. de imol. & pluribus aliis nouiter editis ſup. prima parte. ff. veteris feliciter finit.* Sequitur in penultima pagina regiſtrum chartarum, cum hac ſubſcriptione: *Uenetiis per Baptiſtam de Tortis.* MCCCCLXXXXIX. *die* IIII *nouembris*, & inſigni Typographi. Char. Goth. cum tit. ſignat. pag. inſcr. & fol. num. Col. 2. Fol. 224. Fol. maj. Eodem volumine in noſtra Bibliotheca continetur:

Ejusdem BARTOLI lectura ſuper ſecunda parte Digeſti veteris, Venetiis 1499 k) Titulus in prima pagina his abſolvitur: *Bar. ſuper ſecunda digeſti veteris.* Ad calcem: *Finis ſecunde partis digeſti veteris.* In ultima pagina exſtant regiſtrum chartarum, hæc ſubſcriptio: *Uenetiis per Baptiſtam de Tortis.* MCCCCXCIX. *die.* XXIX. *Januarii*, & inſigne typographi. Char. Goth. cum tit. ſign. pag. inſcr. & fol. num. Col. 2. Fol. 161. Fol. maj.

Ejusdem BARTOLI lectura ſuper prima parte Digeſti Infortiati, Venetiis 1499 l). Ejus in fine: *Legum doctoris excellentiſſimi domini Bartoli de ſaxo ferrato prime pars lecture ſuper infortiato una*

k) Panzer l. c. 2446.

l) Panzer l. c. Vol. 3. p. 449. 2447.

una cum additionibus domini Alexadri de imo. diligenter correcta feliciter finit. Sequitur in pagina penultima registrum chartarum cum hac subscriptione: *Uenetiis per Baptistam de Tortis.* MCCCCLXXXXVIIII. *die* XVIII. *decembris* & insign. typographi. Char. Goth. Cum tit. sign. pag. inscr. & fol. num. Col. 2. Fol. 205. Fol. maj. Eodem volumine comprehenditur:

Ejusdem Bartoli lectura super secunda parte Digesti infortiati, Venetiis 1500 m), quæ his finitur: *Explicit lectura eximii doctoris domini Bartoli de saxoferrato super secunda parte Infortiati una cum addi. do. Alexandri de Imola.* In penultima pagina exstant chartarum registrum, ista subscriptio: *Uenetiis per Baptistam de Tortis.* M CCCCC. *die* XI. *Marcii.* & insigne typographi. Char. Goth. cum tit. signat. pag. inscr. & fol. num. Col. 2. Fol. 208. Fol. maj.

Ejusdem Bartoli lectura super prima parte Digesti novi, Venetiis 1499 n). In fine seu in folii 180 recta pagina hoc legitur: *Explicit lectura domini Bartoli de saxoferrato super prima parte digesti noui cum additionibus eximii utriusque iuris doctoris domini Alexandri de Imola.* Sequuntur eadem in pagina registrum charta-

u rum

m) Panzer l. c. Vol. 3. p. 470.

n) Panzer l. c. Vol. 3. p. 449. 2448.

rum, insigne typographi, & hæc verba: *Uenetiis per Baptistam de Tortis.* MCCCCLXXXXVIII. *die.* XXVIIII *Nouembris.* Char. Goth. cum tit. signat. pag. inscr. & fol. num. Col. 2. Fol. 180. Fol. maj. Eodem volumine continetur:

Ejusdem BARTOLI lectura super secunda parte Digesti noui, Venetiis 1499 o). Ejus ad calcem legitur solummodo: *Finis.* Paginam vero penultimam occupant chartarum registrum, hac subscriptio: *Uenetiis per Baptistam de tortis.* M.CCCCLXXXXIX. *die.* XVI. *Septembris.* & insigne typographi. Char. Goth. cum tit. sign. pag. inscr. & fol. num. Col. 2. Fol. 270. Fol. maj.

Ejusdem BARTOLI lectura super prima parte codicis Justiniani, Venetiis 1499 p). In fine sive pagina penultima: *Lectura d. Bartoli de saxoferrato cum additionibus domini Alexandri de ymola super prima parte codicis finit;* cui hoc subjunctum: *Uenetiis per Baptistam de tortis.* M.CCCC.LXXXXIX. *die.* VIIII. *augusti.* Eadem in pagina exstant registrum chartarum & typographi insigne. Char. Goth. cum tit. sign. pag. inscr. & fol. num. Col. 2. Fol. 178. Fol. maj. Eodem tegumento continetur:

Ejus-

o) Panzer l. c. Vol. 3. p. 449. 2449.

p) Panzer l. c. Vol. Vol. 3. p. 449. 2450.

Ejusdem BARTOLI lectura super secunda parte codicis, Venetiis 1499 q), cujus ad calcem: *Lectura domini Bartoli de saxoferrato cum additionibus domini Alexandri de ymol. super secunda parte Codicis finit feliciter.* Sequuntur in proxima sive folii 136 recta pagina registrum chartarum, hæc subscriptio: *Venetiis per Baptistam de tortis.* MCCCCLXXXXIX. *die.* XIIII *Februarii.* & insigne typographi. Char. Goth. cum tit. sign. pag. inscr. & fol. num. Col. 2. Fol. 136. Fol maj.

Ejusdem BARTOLI Consilia, quæstiones, & tractatus, Venetiis 1495 r). In prima pagina titulus: *Consilia questiones & tractatus bartoli cum additionibus nouis*; in secunda vero brevis legitur epistola impressorum mediolanensium, quæ Honofrium quendam reprehendit, & his incipit: *Male scripta tua Honofri: quibus significasti additiones jam huic operi factas esse aromatariis deferendas: & in eo quam plurima consilia tuo ingenio addita: que impressores mediolanenses omiserant castigatoris ignorantia: ostendunt te graui nutrice caruisse: Studium etiam tuum in maledicendo fuisse: falsoque asseuerasse te in jure peritum: cum si oculos saltem corporeos aperuisses consilia illa: que te auctore addita proponis: impressa ante conspexisses; nec emptores: nec impressores*

q) Panzer l. c. 2451.

r) Panzer l. c. Vol. 3. p. 371.

res grauasses impensa: In fine operis: *Uenetiis per Baptistam de Tortis.* M LLLL.XCV. *die.* XX. *Junii.* Additum est insigne Typographi. In ultima pagina *Sequitur tabula eorum que in hoc volumine habentur. Primo habetis Consilia Excellentissimi legum doc. domini Bar. de Saxoferrato que numero sunt.* CCXLV. *prout in principio huius voluminis continentur secundum ordinem. — — Secundo habetis disputationes eiusdem prout post consilia reperietis in eodem volumine secundum ordinem — — Tertio habetis Tractatus eiusdem prout post disputationes reperietis in eodem volumine secundum ordinem infrascriptum.* Ultimum locum habet registrum Chartarum. Char. Goth. cum tit. signat. pag infer. & fol. num. Col. 2. Fol. 153. Fol. maj. Eodem tegumento continetur:

Antonii de Prato Veteri Repertorium Juris super operibus Bartoli, sine loco & anno s). Auctor Antonius Mincuccius, qui vero ex natali loco nomen de Prato Veteri habuit, Bononiæ, Florentiæ, Patavii & Senis jus civile sæculo XV docuit. Juris hic index seu repertorium eodem sæculo in lucem ter prodiit. Nostra editio tituli loco hæc litteris rubris expressa habet: *Repertorium aureum domini Antonii de prato veteri in toto iuris scripti opere coadiuuantibus bartolo nec non in tutelis nicolao de neapoli. & dyno in regulis iuris li.* VI. *cum multis aliis additionibus.* Vacua

s) Panzer l. c. Vol. 4. p. 478.

Vacua eſt ſecunda pagina; in tertia præfamen legitur. In pagina verſa folii 151 repertorium finem habet. Sequuntur ſingularia Bartoli dicta per Antonium de Prato Veteri collecta, tum tabula hujus repertorii juxta ordinem in eo obſervatum, deinde hæc ſubſcriptio: *Repertorium aureum domini Antonii de prato veteri ſuper operibus Barto. de ſaxoferrato cum additionibus & ſupplectionibus diligenter impreſſum atque emendatum. Finit feliciter*; & denique regiſtrum quaternorum. Char. Goth. cum tit. ſign. & fol. num. Sine fol. inſcr. Col. 2. Fol. 155. Fol. maj.

Libri Decretalium V Gregorii IX P. M. & cum gloſſa, Venetiis 1494 t). Libros Decretalium, quibus utuntur in corpore Juris Canonici, collectos fuiſſe conſtat per S. Raymundum de Penna Forti, auctoritate Gregorii IX Papæ, circa annum 1230; neque dicere neceſſe eſt, eos ſæculo XV ſæpiſſime eſſe typis vulgatos. In noſtra editione, quæ ſui generis fere trigeſima habetur, præcedit: *Tabula omnium rubricarum cum ſuis capitulis: omnia per alphabetum poſita & ad loca ſua per ordinem remiſſa*, in quattuor columnas diviſa, ſeptem paginas implens. Deinde in folii quinti recta pagina titulus ita legitur: *Decretales: cum ſummariis ſuis & textuum diviſionibus ac etiam rubricarum continuationibus.* In ejusdem vero

V fo-

t) Panzer l. c. Vol. 3. p. 352.

folii versa pagina hæc: *Decretalium hanc gregorianam compillationem candide lector habes illustratam lucubrationibus Clarissimi utriusque iuris doctoris Domini Hieronymi Clarii Brix. cum quibusdam additamentis suis preter emendationem: certe rem nouam. tam pro summulis additis singulis decretalibus cum earum diuisionibus ac continuationibus rubricarum quam etiam casibus presertim difficilioribus sine quibus quam plures decretales facile intelligi non possunt & notabilibus locis in textu ac magistralibus glosis sic diligenter: ut vides signatis miro ordine pro communi studentum utilitate. Aureis etiam impressionibus Uenetiis Baptiste de Tortis tricentis & bis mille exemplaribus.* In fine operis: *Uenetiis Per Baptistam de Tortis.* M.CCCC.LXXXXIIII *die.* XXVI. *Junii.* Sequitur in pagina ultima registrum chartarum cum insigni typographi Char. Goth cum tit. sign. pag.-inscr. & fol. num. Col. 2. Fol. 303, tabula excepta. Fol. maj.

LIBRI DECRETALIUM V Gregorii IX cum glossa, Venetiis 1496 u). Hæc priori simillima est, a qua non nisi eo differt, quod in prima pagina habet: *Cum priuilegio*, in fine operis: *Uenetiis Per Baptistam de tortis* M CCCC.LXXXXVI *die.* X. *Octobris*, & in ultima pagina sub insigni: *Cum priuilegio ne quis audeat hoc opus imprimere citra decem annos sub pena in eo contenta.* Char. Goth.

u) Panzer l. c. Vol. 3. p. 390.

Goth. cum tit. sign. pag. inscr. & fol. num. Col. 2. Fol. 101, tabula excepta. Fol. maj. Ejusdem libri editionem etiam venetam per Baptistam de tortis M.CCCCCI. die XXIII. Julii impressam nostra Bibliotheca possidet.

Decretum GRATIANI, cum apparatu Bartholomæi Brixiensis, Venetiis 1496 v). Decretum Gratiani, quod primo habuit nomen Concordantiæ Discordantium Canonum, prima est pars Corporis Canonici, secunda sunt Libri quinque Decretalium, tertia sextus Decretalium, quarta Clementinæ Constitutiones, quinta Extravagantes Constitutiones, sexta Institutiones Juris Canonici a Joh. Paulo Lancellotto conscriptæ, quibus etiam Liber septimus Decretalium fuit adjectus. Decreti, a Gratiano Monacho Benedictino circa annum 1150 conscripti (quod dicta continet Patrum, Rescripta pontificia, & Canones Conciliorum, admixtis passim & legibus sæcularibus aliisque) prima editio argentina est a. 1471. Nostra a cl. Panzer trigesima sexta cum nota anni habetur. In prima pagina solum legitur: *Decretum de tortis*; in secunda nihil. Sequitur tabula, quæ duo fere folia implet. In margine folii quarti, quod autem notam numeri 2 habet, hæc statim occurrunt: *Quoniam nouis superuenientibus causis: nouis est remediis succurrendum. Iccirco ego Bartolomeus brixiensis confidens de magnificentia creatoris apparatum decretorum duxi in melius reformandum: non de-*

V 2

v) Panzer l. c. Vol. 3. p. 389.

detrahendo alicui: nec attribuendo mihi glosas quas non feci: sed supplendo defectum solummodo. ubi correctio necessaria videbatur: uel propter subtractionem decretalium & diminutionem earundem. uel propter iura que superuenerunt de nouo. &c. Ad calcem operis in folio verso 335: *Uenetiis per Baptistam de Tortis.* MCCCCLXXXXVI. *die.* XXX. *Martii.* Sequitur in penultima pagina registrum Chartarum cum privilegio & insigni typographi. Char. Goth. cum tit. signat. inscript. & fol. num. Col. 2. Fol. maj. Hanc editionem nostra Bibliotheca bis habet.

FRANCISCI DE ZABARELLIS Lectura super Clementinis, Venetiis 1499 x). Auctor Archiepiscopus Florentinus & Cardinalis eruditione pariter ac dicendi facultate præclarus, qui fidem catholicam adversus dogmata Johannis Huss acerrime defendere est conatus, a. 1417 de vita exiit. Lecturæ ejus super Clementinis nostra editio sexta est cum nota anni. Tituli loco hæc exstant: *Celeberrimi Jurisconsulti domini Francisci Cardinalis zabarelle Commentarii in Clementinarum Uolumen: Cum annotationibus & additionibus domini Philippi Franchi de Perusia: & domini Nicolai Superantii: Juris utriusque doc.* Secunda pagina continet epistolas duas dedicatorias ab Impressore Bernardino Benalio Bergomensi, & nuper memorato Nicolao Superantio veneto equite Hiero-

x) Panzer l. c. Vol. 3. p. 453.

ſolymitano, utriusque juris Doctore, ad Reverendum Dominum Hieronymum Triniſanum Monaſterii Sancti Thomæ Burgundiorum Torcellanæ Diœceſis Abbatem digniſſimum. In fine libri: *Explicit lectura reuerendiſſimi in Chriſto patris & domini: domini Franciſci de zabarellis Cardinalis digniſſimi ſuper Clementinis. Impreſſa Uenetiis per Bernardinum Benalium exactiſſima diligentia ac cura. Anno domini.* M.CCCCXCIX. *die ultima. Octobrii.* Sequitur regiſtrum chartarum. Char. Goth. cum tit. ſignat. pag inſcr. fol. num. rom. Col. 2. Fol. 205. Fol. maj. Eodem volumine in noſtra Bibliotheca continetur: *Lectura eximii doctoris domini Petri de ancharano ſuper ſexto Decreta. nouiter edita: ſummopereque caſtigata per Reuerendiſſi. d. Felinum Sandeum epiſcopum penenſem meritiſſimum: ac ſacri conciſtorii auditorem digniſſimum,* Uenetiis 1501.

Guidonis de Baijsio decretorum roſarium, Venetiis 1495 y). Opus hoc amplus eſt in decretum Gratiani commentarius, cujus noſtra editio tertia eſt cum nota anni. Tituli loco in prima pagina hoc ſolum vocabulum legitur: *Archidiaconus.* Secunda pagina nihil, tertia vero paullo ante medium epiſtolam habet dedicatoriam, quæ ita incipit: *Reuerendo in chriſto patri ſuo domino Gerardo dei gratia epiſcopo ſabinenſi. Guido de Baijſo bononienſis. Archidiaconus ſuus clericus*

y) Panzer l. c. Vol. 3. p. 366.

cus & capellanus cum recommendatione sui utriusque hominis &c. Non procul a fine hujus epistolæ auctor scripsit: *Quem siquidem campum ad uestre paternitatis gloriam disposui decretorum rosarium nuncupare. ut sicut rosa inter ceteros flores obtinet principatum. sic noster certaminis campus preemineat inter alia opuscula composita a modernis* &c. In operis fine etiam legitur ad eundem reverendum patrem epistola, ex qua discimus, opus hoc anno 1300 absolutum esse. Subscriptio vero ita se habet: *Exactum insigne hoc atque preclarum opus ductu auspitiis optimi Andree de torresanis de Asula. Qui non tantum summam curam adhibuit ut sint hec & sua queque sine vitio & menda. verum etiam ut bene sint elaborata atque iocundissimo litterarum caractere confecta ut unicuique prodesse possint & oblectare. more poetico. & prodesse volunt & delectare poete. Olympiadibus dominicis. Anno vero millesimo.* CCCC.XCV. 14. *mensis aprilis.* Sequuntur signa quinternorum. Char. Goth. Cum tit. sign. pag. inscr. Sine fol. num. Col. 2. Fol. maj.

Martini Poloni vel Streppi Ordin. Præd. Margarita Decreti, Argentorati 1499 z). Auctor tandem Archiepiscopus Gnesniensis circa a. 1278 obiit. Liber hic, qui index est alphabeticus libri Decretorum, titulum hunc in prima pagina habet: *Margarita decreti seu tabula martiniana de-*

z) Panzer l. c. Vol. 1. p. 64.

decreti. Vacua est secunda pagina. In tertia incipit: *Margarita decreti seu Tabula martiniana edita per fratrem Martinum ordinis predicatorum domini pape penitentiarium & capellanum* Perbreuis præfaminis prima verba sunt: *Inter alia quecunque ad fidelium christi doctrinam scripta sunt liber decretorum* (Gratiani) *ad ipsorum doctrinam & consolationem conscriptus reperitur. Huius enim libri doctrina ad hoc est tradita ut per ipsam tam clerici quam laici regulentur.* &c. In fine: *Explicit Margarita decreti — — — — Impressa Argentine Anno domini.* M.CCCC.XCIX. *ipsa vigilia natalis domini.* Char. Goth. cum tit. sign. Sine pag. inscr. & num. Col. 2. Fol. min. — Eodem volumine continentur:

CASUS LONGI SEXTI ET CLEMENTINARUM, Argentorati 1496 a). In pagina tertia *Incipiunt casus longi super sextum decretalium compilati in alma vniversitate pictauensi.* In versi folii 112 prima columna *Casus longi super sexto decretalium nouiter compilati feliciter expliciunt*, & in secunda columna *Incipiunt casus longi clementinarum nouiter compilati in famosa vniversitate Pictauensi.* In operis fine: *Expliciti sunt casus clementinarum a domino Helya Regnier elimatissime collecti Anno domini.* M.CCCCLXXXVIII.

Impressi Argentine anno domini. M.CCCCXCVI. *Finiti in die sancti Agapiti & sociorum eius.* Fuit autem Helias Regnier gente gallus, qui prope finem sæ-

a) Panzer l. c. Vol. 1. p. 58.

sæculi xv floruit. Char. Goth. Cum tit. sign. pag. inscr. Sine fol. num. Col. 2. Fol. min.

Johannis Bertachini de Firmo Repertorii utriusque Juris P. II & III sine loco & anno. Auctor studio juris clarissimus, tandem Advocatus Consistorialis Romæ constitutus circa A. 1497 obiit. Lexicon seu Repertorium hoc juris utilissimum sæpius prodiit, cujus prima editio Romana habetur a. 1481 jussu Sixti iv Pontificis Maximi impressa. — Nostræ editionis plurimis Bibliographis, ut videtur, ignotæ prima pars in nostra quidem Bibliotheca desideratur. In fine Partis secundæ, quæ litteras F — O comprehendit: *Ad laudem eius qui viuit trinus & vnus finem sumit secunda pars Bertachini optime emendata: & in suis penitus erroribus enucleata: ita vt pristina omnia eiusdem Bertachini volumina quam facile antecellat.* Subsequitur registrum chartarum. Folia hujus partis numero signata sunt CCCXLVIII. Tabula, quæ præcedit, sine numeris foliorum, in tres columnas divisa septem paginas implet. In fine partis tertiæ litteras P — Z continentis: *Exacta hec insignis atque preclara repertorii Bertachini pars tertia: que suis allegationibus & remissionibus perquam diligenter prius visis & castigatis tot tantisque insuper additionibus ab omnibus modernis doctoribus in hisdem laborantibus extitit illustrata vt viam veritatis in aliis quidem libris propter incuriam impressorum penitus deprauatam hic facilimam & expeditam cuncti*

uuncti lectores inueniant. Additum est Registrum chartarum. Hæc pars habet folia CCCLI numeris signata. Tabula in tres columnas distributa, quæ primum locum habet numerisque foliorum caret, sex & dimidiam paginas occupat. Char. Goth. cum. sign. Col. 2. Fol. maj.

Nicolai de Lyra sive Lyrani morales & mysticæ expositiones totius scripturæ sacræ, Coloniæ 1478 b). Auctor, ordinis fratrum minorum, a. 1340 demortuus est. Nomen vero habuit ex natali loco Lira, Norrmanniæ vico, id quod epitaphium ejus satis testatur c). Vir linguæ hebraicæ peritissimus multa & præclaræ disciplinam sacram illustrantia conscripsit. Neque desunt, qui ipsius scripta ad emendandam & reformandam doctrinam christianam multum momenti adtulisse existiment; unde proverbium: Si Lyra non lirasset, totus mundus delirasset, aliudque: Si Lyra non lirasset, Lutherus non saltasset. Libri, quem ante oculos habemus, prima hæc nostra editio habetur, cujus in fine: *Expliciunt postille morales seu mistice super omnes libros sacre scripture exceptis aliquibus qui non videbantur tali expositione indigere Igitur ego fr. Nycolaus de lyra*

X *de*

b) Panzer l. c. Vol. I. p. 283.

c) Vide J. Chr. Wolfii Biblioth. Hebr. Vol. 3. p. 837, Hamburgi & Lipsiæ 1727.

de ordine fratrum minorum deo gratias ago qui dedit mihi gratiam hoc opus incipiendi & perficiendi in die ſancti Georgii. Anno domini. M CCC.XXXIX. *Rogo etiam eos qui ſtuduerint in hoc opere quatenus deum pro me deprecentur qui actor eſt omnis boni.*

Impreſſumque eſt hoc opus per me Johannem Koelhoef de lubeck Colonie ciuem. Anno domini. M CCCC LXXVIII. Char. Goth. cum ſign. & pag. inſcr. Cap. Litt. init. nullis vel parvis. Col. 2. Fol. maj.

OPUS HOMILIARUM Coloniæ ſ. a. d). Opus hoc Homiliarius Doctorum vulgo dictum, juſſu Caroli Magni collectum fuit a Paulo Warnefried ſeu Winfried, a veteribus ſcriptoribus Paulo Diacono appellato, patria Aquilejenſi, & propter famam eruditionis a Carolo ad Galliam vocato. In hac quoque editione, ſi clariſſimis viris credere licet, Caroli Magni prologus præit, qui vero in noſtro exemplari deſideratur, cujus prima verba: *Opus preclarum omnium omeliarum & poſtillarum venerabilium ac egregiorum doctorum gregorii. auguſtini. iheronomi: ambroſii. bede. herici. leonis. maximi. iohanis epi: atque origenis integraliter ſuper euangelia dominicalia de tempore & de ſanctis per totius anni circulum cum quibusdam eorundem ſparſim interpoſitis ſermonibus hinc*

d) Panzer l. c. Vol. 2. p. 339.

hinc inde suis locis collocatis & coaptatis temporibus. in partem hyemalem ac estiualem diuisum incipit feliciter. In fine: *Expliciunt omelie super euangelia de tempore & de sanctis per totum annum cum quibusdam sermonibus eorundem. admisse & approbate ab alma vniversitate coloniensi impresse autem per me Conradum de homborch ad laudem & gloriam dei qui est semper benedictus in secula Amen.* Constat vero, Conradum de Homborch ab a. 1476 ad a. 1489 Coloniæ libros typis exscripsisse. Char. Goth. Sine sign. fol. num. aut inscr. Col. 2. lin. 40. Fol. min.

Hortus Sanitatis sine nota loci & anni e). In prima pagina titulus legitur: *Ortus Sanitatis De herbis & plantis De Animalibus & reptilibus De Auibus & volatilibus De Piscibus & natatilibus De Lapidibus & in terre venis nascentibus De Urinis & earum speciebus Tabula Medicinalis Cum directorio generali per omnes tractatus.* In secunda pagina apparet figura, quæ Medicorum scholam exhibet. Tractatus omnes, ultimo solo excepto, iconibus ubique illustrati ordineque alphabetico conscripti lexicon, ut ait cel. Hallerus f), efficiunt medicamentorum simplicium. Icones sunt malis coloribus depictæ, multæ non valde malæ, & omnino ad naturam expressæ, aliæ

e) Panzer l. c. Vol. 4. p. 144.

f) Biblioth. Botan. Tom. 1. p. 240, Tiguri 1771.

aliæ factitiæ. Operis hujus, si fides habenda est Tournefortio & Hallero g), germanice primum conscripti, deinde in linguas latinam, gallicam & belgicam versi multæ exstant editiones sæc. xv & xvi. Nostra prima latina putatur, quam alii ad annum 1470 referunt, alii ab Joanne Pryss, qui a. 1486 & sequentibus Argentorati typographus fuit, impressam credunt. Auctor habetur Joannes Cuba, qui circa idem tempus Augustæ, deinde Francofurti ad Mœnum, medicinam exercuit. — Ultimus tractatus in fine solum vocabulum habet: *Finis*. Tabulæ folium postremum seu sextum ternionis ee in nostro exemplari deest. Char. Goth. cum tit. sign. & pag. inscr. Col. 2. Fol. min.

Antonii Guainerii opera, Papiæ 1481 h). Guainerii operum seu practicæ Medicinæ hæc nostra editio prima est i), rarissima & plurimis Bibliographis plane ignota. In fronte columnæ primæ folii primi, quod littera A signatur: *Incipit tractatus de egritudinibus capitis editus per Magistrum Antonium Guaynerium Artium & medicine doctorem papiensem.* In fine tractatus de Venenis: *Explicit secunda pars principalis huius tracta-*

g) Tournef. Isag. in Rem Herb. p. 20. Haller l. c.

h) Panzer l. c. Vol. 9. p. 262.

i) Secunda est Papiensis a. 1488, tertia Veneta a. 1497, de qua non recte secunda dicta vide Memor. Biblioth. Lundensis T. I. P. 2. p. 111.

tractatus que est de uenenis ad illustrissimum principem dominum dominum philippum mariam anglum mediolani ducem & papie anglerieque comitem Editum per Antonium de guaineriis de papis artium & medicine doctorem eximium. Ad calcem totius operis: *In hoc uolumine agregati sunt omnes tractatus quos clarissimus & uerissimus medicine interpres. Antonius guainerius papiensis ad diuersas corporis humani egritudines edidit & diligentissime emendati per prestantissimum artium & medicine doctorem magistrum lazarum datarum placentinum theoricam medicine de mane legentem in felici studio papiensi & antonii de carcano opera papie impressa anno a natali domini* .|. LXXX I. *Aureum est uolumen & iuuenibus ad opus practicum nouiter accedentibus maxime utile. Finis.* Char. Goth. cum signat. Col. 2. Fol. min.

PHARETRA Fidei & morum sine nota loci & anni k). Opus hoc, cujus auctor nos quidem latet, auctoritates & dicta continet doctorum, in primis Patrum de præcipuis argumentis, quæ ad religionis morumque doctrinam pertinent. Divisum est in quattuor libros, quorum primus XLVIII, secundus XLIX, tertius XLVIII, quartus XLVIII capitula complectitur. Pharetram librum hunc auctor appellavit, *quum*, quemadmodum ipse dicit, *sicut in*

k) Panzer l. c. Vol. 2. p. 237.

in pharetra iacula reponuntur. quibus hostis hostem ferit vulnerat & deicit. Sic & hic varie auctoritates fide dignorum. &c. Prima primi folii pagina nihil habet; in secunda legitur auctoris prologus his incipiens verbis: *In conuersionis mee principio cum ob mentis recreacionem autoritates sanctorum legerem. & legens varias corrupciones perciperem. placuit michi ut ad ipsum fontem originalium recurrerem.* &c. Prologum in eadem pagina excipit index capitulorum primi libri in subsequenti pagina continuatus. In hac seu secundi folii pagina prima (lin. 11) liber primus ita incipit: *Gregorius in moralibus. Deus ipse manet intra omnia. ipse extra omnia. ipse supra omnia. ipse infra omnia. & superior est per potenciam. & inferior per sustentacionem. & exterior per magnitudinem & interior per subtilitatem.* In fine operis: *Laus deo clementissimo. — Fricz Crusner.* Ex quo patet, librum hunc Norimbergæ esse impressum, ubi ab A. 1473 ad A. 1497 Fridericus Creusner s. Crusner artem typographicam exercuit. Char. Goth. Sine tit. sign. pag. inser. & num. lin. 33. Fol. min. In nostro Exemplari librorum litteræ initiales deauratæ sunt & pictæ; capitum vero alternis rubræ & cæruleæ. Folii secundi pagina prima encarpo etiam ornatur. Eodem tegumento in nostra Bibliotheca continentur.

Ru-

Ruperti Tuitiensis de Victoria Verbi Dei Libri xiii, Augustæ Vindelicorum 1487 l). Rupertus gente germanus, monachus primum S. Laurentii in suburbio Leodiensi, deinde in monasterio Sigebergensi, tandem a Friderico Archiepiscopo Coloniensi Tuitium vocatus, ibique a. 1120 Abbas constitutus, a. 1135 obiit. Vir diligentia & eruditione clarissimus multa scripta confecit, quorum prima collectio Coloniæ a 1577 prodiit, quæ tribus tomis comprehenditur. Ejusdem de victoria Dei librorum hæc nostra editio prima est & sola sæculo xv. Prima pagina tituli loco hæc verba habet: *Opus originale Ruperti abbatis Tuiciensis de victoria verbi dei in tredecim libros diuisum.* Secunda pagina vacua est In fine operis: *De victoria verbi dei volumen originale Ruperti Abbatis Tuiciensis sacre pagine professoris egregii sacramenta pentateucon ceterorumque veteris ac noue legis librorum occulta In tredecim libros diuisum feliciter explicit. Impressum per Anthonium Sorg Ciuem Augustens. Anno domini.* M.CCCC LXXXVII. Char. goth. Cum tit. sign. pag. inscr. & fol. num. rom. Col. 2. Fol. min.

Eusebii Pamphili Historia Ecclesiastica latine interprete Rufino, & Bedæ Historia Ecclesiastica gentis Anglorum, Argentorati 1500 m). Eusebii Historiam, quæ enarrat res in Ecclesia gestas inde a

l) Panzer l. c. Vol. I. p. 112.

m) Panzer l. c. Vol. I. p. 66.

a christianismi primordiis usque ad Licinium a Constantino M. superatum exstinctumque, & pacem Ecclesiæ redditam a. 324, e græca in latinam linguam vertit Tyrannius Rufinus presbyter Aquilejensis, qui a. 410 obiit. Rufinus vero multa omisit, multaque ipse addidit, totum fere librum decimum prætermisit, duosque novos libros subjunxit, sicut testatur in fine prologi ad Cromatium, episcopum Aquilejensem Hujus vero prologi ultima verba exscripta e nostra rarissima sed mendosa editione hæc sunt: *Sciendum sane est. quod decimus liber huius operis in greco quoniam perparum erat in rebus gestis: reliqua omnia in episcoporum panagericis tractatibus nihil ad scientiam rerum conferentibus occupatus: omissis que videbantur superflua historie si quid habuit nono coniunximus libro: & in ipso eusebii enarrationis dedimus finem. Decimum vero & undecimum librum nos conscripsimus: partim ex majorum traditionibus: partim ex his que nostra iam memoria comprehenderat. & eos velut duos pisciculos suprascriptis panibus addidimus. Quos si tu probaueris vel benedixeris: pro certo confidam quod sufficient turbis. Continet autem idem omne opus: res in ecclesia gestas a saluatoris ascensione & deinceps nostri vero duo libelli a temporibus constantini post persecutionem: usque ad obitum theodosii augusti.* In fine operis seu libri XI: *Expliciunt libri ecclesiastice historie.* Imperfectum nostrum exemplar est; desunt enim titulus, quem Panzer

Panzer & Clement n) in medium adferunt, & tabulæ quattuor priora folia. Folium, quod istem sequitur, hæc solum verba habet: *Ecclesiastica hystoria.* Simul cum hac historia prodiit Bedæ Venerabilis ecclesiastica historia gentis Anglorum, quæ in quinque libros divisa incipit ab anno ante Nat. Christi 60 seu a primo Julii Cæsaris in Britanniam adventu & usque ad annum 731 progreditur. Prologi hoc initium: *Gloriosissimo regi Cioluuleo* (Celwulph): *Beda famulus christi & presbyter. Historiam gentis anglorum ecclesiasticam quam nuper edideram libentissime tibi desideranti rex & prius ad legendum ac probandum transmisi.* Etc. Ad calcem operis: *Libri ecclesiastice historie gentis Anglorum impressi in inclyta ciuitate Argentinen. diligenter reuisi ac emendati finiunt feliciter. Anno salutis nostre. Millesimoquingentesimo.* XIIII. *die Marc.* Fuerunt qui notam numeri XIIII proxime præcedenti vocabulo adjungentes hanc editionem ad a. 1514 falso referrent. Char. Goth. cum sign. & pag. inscr. Col. 2. Fol. min.

Digestum Infortiatum cum glossa, Venetiis 1490 o). Hæc editio eadem est, cujus antea mentionem fecimus p), sed quam anno 1488

y im-

n) Clement. l. c. T. 8 p. 185.

o) Panzer l. c. Vol. 3. p. 287.

p) Memorab. Biblioth. Lundensis p. 149.

impressam non recte suspicati sumus. In fine seu in versa pagina folii 261 hæc leguntur: *Exactum insigne ac preclarum opus inforciati Uenetiis impressum per Georgium Arriuabene Mantuanum Anno salutis.* M·CCCC.XC. *die penultimo augusti.* Sequitur eadem in pagina *Registrum* in sex columnas divisum, cui subjunctum est insigne Typographi. Char. Goth. cum sign. pag. inscr. libr. & fol. num. rom. Col. 2. Fol. maj. Imperfectum nostrum exemplar est, cui desunt quinque priora folia. Ei vero, eodem tegumento, adnexi sunt Casus Viviani super Infortiato sine loco & anno q). Initio hæc occurrunt: *Incipiunt casus longi domini viuiani super infortiato*; ad calcem autem operis: *Et sic est finis casuum in terminis super toto infortiato.* Char. Goth. cum sign. & pag. inscr. Sine custod. & fol. num. Col. 2. Fol. maj.

Disciputi (Johannis Herolt) Sermones de tempore & sanctis cum promptuario exemplorum & de Beata Virgine, Argentorati 1489 r)? Mutilum nostrum exemplar est, cui etiam deest subscriptio, unde tempus locumque impressionis certo cognoscere licet. Suspicioni autem locus est, editionem hanc argentinam esse anno 1489 factam,

q) Panzer l. c. Vol. 4. p. 209.

r) Panzer l. c. Vol. 1. p. 39?

ctam, quam Seemiller s) satis accurate descripsit. — Auctor hujus libri Johannes Herolt Ord. Praedicat. gente germanus sæculo xv floruit, fictoque Discipuli nomine scripta Theologica publicavit, quorum non exiguam fuisse laudem indicant sæpe repetitæ eorum editiones. Prima primi folii pagina in nostra editione titulum habet: *Sermones discipuli de tempore & de sanctis. unacum promptuario exemplorum.* Secunda vacua est. Sequuntur deinde Tabulæ, Casus Papales, Episcopales, Inhibitiones a sacra communione, ceteraque eo ordine, quem memoravit Seemiller. Promptuarii vero de miraculis beatæ Mariæ Virginis, quod ultimum locum tenet, non nisi duo priora folia nostrum exemplar habet. Char. Goth. cum tit. sign. & pag. inscr. Sine custod. Col. 2. Fol. min.

Tractatus varii Juris Argentorati 1499 t). Hæc collectio opuscula ea continet, quorum jam dudum mentio est facta u). In fine tractatus primi hæc leguntur: *Explicit libellus docens modum studendi & legendi contenta ac abbreuiata vtriusque iuris tam canonici quam ciuilis in se continens titulos siue rubricas eiusdem iuris in* ciui-

Y 2

s) Biblioth. Acad. Ingolstad. Incunab. Typograph. Fasc. 3. p. 163. Ingolstadii 1789.

t) Panzer l. c. Vol. I. p. 64.

u) Memor. Biblioth. Lundensis Part. 6. p. 70.

ciuitate argentinensi impressus Anno domini M.CCCC.XCIX. *die* XX. *mensis Augusti.* Ad calcem totius operis: *Finit liber plurimorum tractatuum iuris impressus Argentine Anno domini.* M.CCCC XCIX. *Finitus sexta feria post Bartholomei.* Char. Goth. Cum tit. signat. pag. inscript. & litt. init. parvis. Sine cust. & pag. num. Col. 2. Fol.

Der Schatzbehalter oder Schrein der waren Reichthümer des Heils, Norimbergæ 1491 v). Præcedunt præfamina duo brevia, quorum primum ita incipit: *In der vorrede Uber das büch des grossen gotweisen heyligen bischofs vnd martres dionisii von dem hymelischen furstentumb: spricht der groß lerer magister hugo de sancto victore. Das vil grossere erclerung der gothait gezaigt vnd bewisen werd in den sacramente der gnade. und in dem fleisch des worts und in seiner haimlichen bedeutlichen wurckung. den durch die naturlichen gestalt der ding &c.* Opus ipsum (cujus auctor putatur Sacerdos quidam Norimbergensis P. Stephanus anno 1498 demortuus x) in

v) Panzers Annalen der ältern deutschen Litteratur, Nürnberg 1788, 1. B. S. 189, 190.

x) *Der Verfasser soll, wie in dem Exemplar, welches in dem Stift Rebdorf befindlich ist, zu Anfang und zu Ende geschrieben zu lesen ist, ein P. Stephan aus dem Minoritenkloster zu Nürnberg, Prediger bey S. Clara daselbst, der im Jahr 1498 starb, gewesen seyn.* Panzer l. c.

in tres partes est divisum, atque præcipua religionis Christianæ momenta, inprimis vero doctrinam de Christo Ejusque passione fuse explicat, plurimis illustratum iconibus, quæ sacras historias repræsentant. Pars prima in versa pagina folii tertii hoc initium habet: *Zu lob vnd eren der allerheiligisten vnd höhsten götlichen triueltigkeit. Vahet hie an das büch. das der schrein oder schatzbehalter der waren reichtümer des hails &c.* Pars secunda his incipit: *Hie faht sich an der ander vnnd fürderlichst teyl diß Büchs.* Pars tertia hæc prima verba habet: *Hie vacht an das drit fürderlich teil diß büchleins von den worten unsers herren die er yn der zeit seins leidens geredt hat. vnd von andern fünff und zweintzig gegewürffen.* In fine operis: *Also endet sych hye das Büch. der Schatzbehalter oder schrein der waren reichtümer des Heils vnnd ewyger seligkeit genant. zu lob vnd ere dem göttlichen vnnd cristenlichen namen. mit grossem vleys auß den schrifften zusamen gelesen vnd auffgerichtet. Vnd durch den Erbern vnnd Achtpern Anthonien Koberger. yn der Keyserlichen Reichsstatt Nurmberg. Nach der geburt Christi. vierzehenhundert vnd yn dem eynvnnd neüntzigisten iar. Am Eritag dem achtenden tag des Monats Nouembris außgedrucket. Vnd &c.* Char. Goth. Cum sign. & pag. infer. Litt. init. nullis vel parvis. Sine tit. & custod. Col. 2. Fol. Pulcherrimum nostrum

ſtrum exemplar eſt cum iconibus, litterisque initialibus ubique pictis.

Fasciculus temporum ſine loco & anno y). Wernerus Laërius Rolevinck, Weſtphalus, monachus ordinis carthuſienſis, in cœnobio colonienſi a. 1502 natu grandis obiit. Hiſtoriam univerſalem ab orbe condito ad ſua usque tempora conſcripſit, quam Faſciculum temporum nominavit. Hujus libri z) plurimæ exſtant editiones, quarum primæ habentur, quæ a. 1474 Coloniæ prodierunt. Noſtra editio res etiam a. 1489 geſtas enarrat, eodemque tempore Argentorati impreſſa putatur. In primi folii recta pagina ſolus titulus legitur: *Faſciculus temporum omnes antiquorum cronicas complectens.* In verſa pagina apparet icon viri Imperatori throno inſidenti librum offerentis a). Sequitur: *Tabula breuis & utilis ſuper libro illo qui dicitur Faſciculus temporum. Et vbi inuenitur punctus ante numerum. eſt in primo latere folii. vbi vero poſt in ſecundo latere. incipit feliciter.* Tabula quinque fere folia implet.

y) Panzer l. c. Vol. 1. p. 91. N. 492.

z) De libro hoc e latino in belgicum converſo vide Mem. Biblioth. Lund. Part. 3. p 33.

a) On peut d'abord reconnoître (cette edition) à la gravure en bois qui eſt au revers du Titre, & repreſente un homme, qui ofre un livre à l'Empereur asſis ſur ſon Trône. Clement l. c. T. 8. p. 257.

plet Char. Goth. cum. sign. fol. inscr. & num. rom. fig. lign. incisis. fol. xc. Fol. min.

ARNOLDI DE TUNGERI Epitomata siue reparationes Logicae veteris & novae iuxta viam Alberti Magni, Coloniae 1496 b). Arnoldus de Tungeri, qui senis a. 1540 Leodii diem obiisse perhibetur, circa finem saeculi decimi quinti & initium decimi sexti Theologiam Coloniae docuit, ibique fuit Bursae Laurentii Rector, id quod ex infra scriptis liquet. In alio ipsius libro, a. 1512 publicato, appellatur artium & sacrae Theologiae Professor profundissimus. Epitomatum haec prima & sola est saec. xv editio, quae hunc titulum habet: *Epitomata siue reparationes logice veteris & noue Arestotelis iuxta viam & expositionem venerabilis domini Alberti doctoris magni acerrimique philosophi: ad vtilitatem & vberiorem profectum scolarium ac artium Baccalauriorum bursam Laurentii vulgo appellatam. in famosissimo Agrippinensis Colonie gymnasio visitantium feliciter incipiunt.* Subjecta titulo icon est, cui haec verba inscripta: *Albertus magnus cum suis discipulis*; quos enim icon repraesentat. In fine operis: *Reparationes per questiones, ac dubia periocundaque & leuia argumenta omnem textum librorum veteris & noue logice Aristotelis secundum viam & expositionem famosissimi philosophi ac*

b) Panzer l. c. Vol. I. p. 312.

ac theologi domini Alberti doctoris magni breuissime resoluentes ad vtilitatem omnium scolarium & bacalauriorum bursam laurentii Colonie frequentantium per venerabilem virum Arnoldum de Tungeri artium magistrum & sacre theologie bacalaurium formatum in eadem bursa laurentii actu regentem summo studio elaborate Per aliosque sacre theologie professores licentiatos ac bacalaurios & artium magistros eiusdem burse regentes reuise. Tandemque per honestum virum Henricum quentel ciuem Coloniensem emendatissime characterisate feliciter finem habent De quo sit benedictus qui super omnia regnat trinus & vnus. Anno salutis, M.CCCC.XCVI. *die vero quinta mensis Julii.* Char. Goth. Cum signat. & pag. inscr. 4.

Panegyrici Veteres, vita J. Agricolæ auctore C. Tacito, & Fragmenta Petronii Arbitri, sine loco & anno. Præcedit Francisci Puteolani ad Jacobum Antiquarium epistola, cujus hæc prima verba: *rogasti ut Plinii secundi nouocomensis orationem: qua consul optimo principi Traiano gratias agit: castigatam nostris impressoribus traderem:* &c. Ita autem epistola in recta pagina folii secundi finitur: *Additi sunt undecim alii Panægirici non Pliniano quidem pares sed tamen non inelegantes aut recusandi: mira in singulis eruditio. Adieci: ut magnitudo uoluminis iusta esset: Julii agricolæ uitam per Cornelium*

nelium Tacitum conſcriptam: quæ me ita afficit delectat tenet: ut nihil unquam pari uolupta-te legerim. Fragmentum Petronii arbitri po-ſtremum locum tenet & quaſi agmen claudit in-curia quidem temporum mancum & adeo mu-tilatum ut uix cognoſci poſſit: eiusmodi tamen ut non reiici debeat: hæc tuis auſpiciis in lu-cem redeunt: Debebunt tibi qui legerint: quan-quam pro tuis ſummis uirtutibus omnes tibi de-bent. Vale decus meum. Verſam paginam folii ſecundi implet *Tabula eorum: quæ in hoc uolu-mine continentur.* Sunt autem hæc, quæ ſicut ſcripta exſcribere licet: *Epiſtola Franciſci Puteo-lani ad reuerendum. D. Jacobum Antiquarium ducalem ſecretarium. C. Plinii ſecundi nouoco-menſis Panægyricus Traiano auguſto dictus. Pa-nægyricus Maximiano & Conſtatino auguſtis di-ctus. Latini pacati drepani Panægyricus Romæ dictus Theodoſio imperatori auguſto eius nominis primo. Panægyricus Conſtantino auguſto Con-ſtantii filio dictus. Gratiarum actio Mamertini de conſulatu ſuo Juliano imperatori. Panægyricus Nazarii dictus Conſtantino imperatori. Alter Panægyricus. Panægyricus Conſtantino filio Con-ſtantii dictus. Alter Panægyricus. Oratio pro reſtaurandis ſcholis. Panægyricus Maximiano Diocletianoque dictus. Eiusdem Mamertini Ge-nethliacus Maximiani auguſti. Julii Agricolæ uita per Cornelium tacitum eius generum caſtiſ-ſime compoſita. Petronii arbitri ſatyrici fragmen-*

 ta:

ta: quæ extant. In recta tertii folii pagina incipit Plinii Panegyricus. Hujus vero paginæ a 3 signatæ ultima linea ex his verbis constat: *quid de principe nostro ita dicant: ut idem illud de alio.* In fine operis legitur solum vocabulum: τελος Char. rom. sine tit. cust. fol. inscr. & num. Cum sign. litteris opusculorum initialibus parvis, lin. 30. 4.

Baptistæ Trovamalæ summa Rosella, Venetiis 1495 c). Auctor ordinis minorum, gente italus, circa a. 1483 Lovanii vixit. Liber hic in usum sacerdotum ordine alphatico conscriptus etiam dicitur summa Baptistiana & summa casuum conscientiæ, idemque ille est, qui summa Baptistæ de Salis appellatur. In folii primi pagina recta exstat titulus: *Summa Rosella.* Sequuntur indices rerum & auctorum, atque rubricæ juris civilis & canonici. Deinde *Incipit liber qui Rosella casuum appellatur. editus per venerandum religiosum fratrem Baptistam trouamalam ordinis minorum obseruantie professorem integerrimum.* In fine: *Explicit Rosella: opus vtile: diligentissimeque emendatum: ac impressum cura & studio viri prestantis Georgi Arriuabeni Mantuani venetiis. Augustino Barbadico Principe sapientissimo atque iustissimo. Anno Christiane salutis* M.CCCC.LXXXXV. V. *Idus Septembres.* Subjunctum est

c) Panzer l. c. Vol. 4. p. 373.

eſt regiſtrum chartarum. In folii ſequentis recta pagina leguntur diſticha quattuor *Ad Emptorem*, duoque *Ad Impreſſorem*. In averſa pagina apparet inſigne typographi. Ipſum opus 551 folia continet. Char. Goth. cum ſign. & fol. num. arabicis. col. 2. 8.

. ANGELI CARLETI DE CLAVASIO ſumma angelica, Venetiis 1499 d). Auctor ordinis minorum, gente italus, circa annum 1494 vel 1495 Friburgi diem ſupremum obiiſſe putatur. Liber hic de caſibus conſcientiæ ordine alphabetico digeſtus ſummam laudem habuit; ejusque ſæculo xv plurimæ editiones prodierunt, quarum noſtra ultima habetur. In prima primi folii pagina apparet icon S. Petrum cum clavibus & his verbis: *Tu es Petrus* repræſentans, cui titulus litteris rubris eſt ſubjunctus. Secunda pagina nihil habet. In fronte ſecundi folii incipit: *Epiſtola. F. Hieronimi tornieli lectoris. Ad. R. p. F. Angelum de clauaſio preſentis operis auctorem &c.* Huic epiſtolæ addita eſt breuiſſima auctoris reſponſio, quam prologus excipit, cujus in fine: *Explicit prologus Incipit tabula declaratoria ordinis. & contentorum in predicta ſumma.* Sequuntur duo indices, quorum alter auctores, alter allegandi modum & ſcribendi compendia exhibet, atque rubricæ iuris civilis & canonici. Deinde *Incipit ſumma*

d) Panzer l. c. Vol. 3. p. 450.

ma Angelica Reuerendi patris fratris Angeli ordinis minorum de obseruantia. Ad calcem operis exstant registrum chartarum, octo disticha *Ad lectorem*, & hæc subscriptio: *Explicit summa angelica de casibus conscientie per fratrem Angelum de clauasio compillata maxima cum diligentia reuisa: & fideli studio emendata sicut ipsum opus per se satis attestabitur. Uenetiis impressa per Paganinum de paganinis Brixiensem anno domini.* M·CCCC·XCIX. *die vero septimo Junii.* Ipsum opus 458 folia habet. Char. Goth.

Cum sign. & fol. num. arab. C. 2. 8.

In·

Index

Tomi Primi Memorabilium Bibliothecæ Lundensis.

Numerus primus particulam, secundus paginam, tertius locum in Bibliotheca Lundensi inter libros sæculo xv impressos indicat.

A.

Petrus *de Abano*, Abbano, Abino, Aponi, Aponensis.
Conciliator differentiarum & præcipue Medicorum, Venetiis 1483. F. 1. 45. 94.
Franciscus *Accursius.*
Casus breves Decretalium, Sexti, & Clementinarum, Argentor. 1485. F. 6. 67. 48.
Casus longi super Digesto novo s. l. & a. F. 6. 15. 10.
Aegidius Columna, de Roma, Romanus.
Expositio super libros elenchorum Aristotelis, Venet. 1496. F. 8. 87. 82. — Venet. 1500. F. 9. 95. 83.
Aelianus.
De instruendis aciebus latine ex recensione Philippi Beroaldi, Bononiæ 1496. F. 10. 104. 77.
Alexander *de Ales*, Hales.
Summa Theologica, P. I—IV. Norimb. 1481, 1482. F. 3. 38. 2—5.
Petrus *de Ancharano.*
Lectura super sexto Decretalium, summopere castigata per Felinum Sandeum. Venet. 1501. F. 17. 161. 21.

Antonius *Andreæ*.
Quæſtiones ſuper XII libros metaphyſ. Ariſtotelis, Venet. 1514. F. 9. 91. 83.

Annotatio.
Annotatio tractatuum, quæſtionum, membrorum articulorum, particularum cum ſubdiviſionibus Secundæ partis Summæ Alberti magni, ſ. l. & a. F. 9. 91. 83.

S. *Antoninus*, Florentinus.
Summa Theologica, P. I—IV. Argentorati 1496. F. 11. 108. 37—39.

Lucius *Apulejus*.
Cosmographia, Viennæ Auſtr. 1497. F. 10. 105. 77.

Thomas *de Aquino*, Aquinas.
Opus de Ente & Eſſentia. Venet. 1496. F. 8. 86. 82.
Commentaria in libros perihermenias & poſteriorum Ariſtotelis, Venet. 1496. F. 9. 93. 83.

Ariſtophanes.
Comœdiæ IX græce cum ſchol. Venet. 1493. F. 12. 117 59.

Ariſtoteles.
Opera græce, Vol. I, II, VI. Venet. 1495, 1497, 1498. F. 11. 112. 79—80.

Arnoldus de Tungeri vid. Arnoldus *de Tungeri*.

Articella vid. *Hippocrates*.

S. Aurelius *Auguſtinus*.
De Civitate Dei Libri XXII, Venet. 1470. F. 1. 9. 1. — Cum comm. Thomæ Valois & Nic. Triveth Baſileæ 1489. F. 5. 62. 33. — De Trinitate Libri XV, Baſil. 1489. F. 5. 61. 33.

Abhomeron *Avenzoar*, Aven Zoar, Ibn Zohar.
Liber Theizir seu rectificatio medicationis & regiminis, Ejusdemque Antidotarium, Venet. 1496. F. 10. 101. 85.
Averroes.
Liber de Medicina, qui dicitur Colliget. Venet. 1496. F. 10. 101. 85.
Comment. in meteora aristotelis, Venet. 1488. F. 8. 89. 83.
Avicenna Albohali, s. Abohali Abyriscenus, Abu Ali Ibusina, Abensina.
Metaphysica siue ejus prima philosophia, Venet. 1495. F. 8. 85. 82.
Johannes *de Aurbach* vid. Joh. *de Urbach*.

B.

Thomas *Barduinus.*
Tractatus proportionum. F. 9. 91. 83.
Bartholomæus de Glanvilla, Anglicus.
Liber de Proprietatibus rerum, Argent. 1485. F. 4. 48. 54. — Norimb. 1492. F. 13. 124. 53.
Bartolus de Saxoferrato.
Lectura super I & II parte Digesti veteris, super I & II parte Digesti Infortiati, super I & II parte Digesti Novi, super I & II parte Digesti Novi, super I & II parte Codicis, Venet. 1499. 1500. F. 16. 151 — 155. 12 — 14.
Consilia, quæstiones, & tractatus, Venet. 1495. F. 16. 155. 15.
Tractatus de Tabellionibus, Argent. 1490. F. 6. 71. 48. — Argentor. 1499. F. 19. 175. 48, a.
Bassanus Politus.
Quæstio de Modalibus. F. 9. 91. 83.

Guido *de Baysio.*

Decretorum Rosarium, Venet. 1495. F. 17. 162. 22.

Beda, Venerabilis.

Historia Ecclesiastica Gentis Anglorum, Argentor. 1500. F. 18. 171. 97.

Beluacensis s. *Bellovacensis* vid *Vincentius.*

Jacobus Philippus *Bergomensis*, Bergomus, Forestus.

Supplementum Chronicarum, Venet. 1492. F. 13. 123. 53.

Bernardus Parmensis, de Compostella, Compestellanus.

Casus longi super Decretales, Argent. 1488. F. 6. 68. 48. — S. l. & a. F. 6. 69. 47.

Philippus *Beroaldus.*

Commentarii Quæstionum Tusculanarum, Bononiæ 1496. F. 10. 106 71.

Johannes *Bertachinus* de Firmo.

Lexicon s. Repertorium utriusque Juris, P. II. III, s. l. & a. F. 17. 164. 23 — 24.

Biblia Latina Vulgata, Venet. 1480. Qu. 2. 30. 99.

Blasius de Parma.

Tractatus de latitudinibus Formarum, s. l. & a. F. 9. 91. 83.

Johannes *Boccacius.*

Genealogiæ Deorum Libri XV, cum libro de montibus & silvis &c. Venet. 1497. F. 12. 115. 67. — Parisiis 1511. F. 11. 132. 66. — Il Decamerone, Ulmæ s. a. F. 14. 137. 68.

S. Bonaventura.

Disputata in primum librum Sententiarum, P. I. S. l. & a. F. 13. 127. 36, a.

Matthæus *Bossus.*

Recuperationes Fessulanæ, Bononiæ 1493. F. 12. 121. 65.

Carolus *Bovillus*.
Introduct. in Geometriam Libri VI, de Quadratura circuli, de cubicatione Sphæræ, introd. in Perspectivam, Par. 1503. F. 10. 103. 78.
S. Brigitta, Birgitta.
Revelationes cœlestes, Lubecæ 1492. F. 7. 75. 34.
Gualterus *Burlæus*, Burley.
Super libros posteriorum Aristotelis, Venet. 1497. F. 8. 89. 82.
Expositio super decem Libros Ethicorum Aristotelis, Venet. 1500. F. 14. 132. 81.
Antonius *de Butrio*.
Scriptum super primo decretalium, P. I. II., Venet. 1485. F. 4. 52. 26.

C.

C. Julius *Cæsar*.
Commentariorum Libri, Romæ 1469. F. 1. 6. 49.
Martianus Mineus Felix *Capella*.
De nuptiis Philologiæ & Mercurii Libri II, & de septem artibus liberalibus Libri VII, Vicentiæ 1499. F. 14. 131. 66.
Casus breves Decretalium Sexti & Clementinarum vid. *Fr Accursius*.
Casus longi Sexti & Clementinarum vid. Helias *Regnier*.
Casus longi super infortiato vid. *Vivianus*.
Marcus Porcius *Cato* vid. *Rusticæ* Rei Scriptores.
A. Cornelius *Celsus*.
De medicina Libri VII, Venet. 1493. F. 7. 79. 86. Venet. 1497. F. 11. 107. 87.
Ludovicus *Charensis*, Carresius, Tosettus.
Quæstio de tribus doctrinis ordinariis in universali secundum Galeni sententiam, Venet. 1517. F. 9. 91. 83.

Chronicon Saxonicum, Moguntiæ 1492. F. 14. 138. 57.

M. Tullius *Cicero*.

Rhetoricorum ad Herennium Libri IV, & de Inventione Libri II, Venet. 1470. Qu. 2. 19. 101. — cum comment. M. Fabii Victorini, Venet. 1481. F. 3. 34. 70.

Tusculanarum Quæstionum Libri V cum comm. Philippi Beroldi, Bononiæ 1496. F. 10. 106. 71. — De Finibus Bonorum & Malorum Libri IV. s. l. & a. F. 11. 107. 71. — De Officiis Libri III, Amicitia, & Senectute. Paradoxa. Opus Benedicti Brugnoli studio emaculatum cum recogn. comment. Petri Marsi & Franc. Maturantii, Venet. 1506. F. 11. 107. 71.

Angelus Carletus de *Clavasio*.

Summa casuum Conscientiæ, Angelica dicta. Venet. 1499. O. 19. 183. 106.

Cleonides.

Musica sive Harmonicum introductorium interprete Georg. Valla, Venet. 1497. F. 10. 104. 77.

Jodicus *Clichtoveus*.

Praxis numerandi certis quibusdam regulis constricta, Paris. 1503. F. 10. 103. 78.

Codex Justiniani repetitæ prælectionis cum glossa, Norimb. 1488. F. 5. 59. 45.

Codrus vid. Urceus.

L. Junius Moderat. *Columella* vid. *Rusticæ* Rei Scriptores.

Franciscus *Columna*

Hypnerotomachia Poliphili, italice, Venet. 1499. F. 14. 134. 69.

Joannes *Columna* vid. *La Mer* des Histoires.

Petrus de *Crescentiis*.
Ruralium Commodorum Libri XII, Argent. 1486. F. 4. 53. 76. — Sub tit. de agricultura omnibusque plantarum, & animalium generibus, Basil 1548. F. 13. 150. 75.
Joannes *Cuba* vid. *Hortus Sanitatis*.

D.

Decretalium Libri V Gregorii Papæ IX & cum glossa, Venet. 1494. F. 17. 157. 18. — Venet. 1496. F. 17. 158. 19.
Digestum Vetus Glossatum, Norimbergæ 1482. F. 3. 41. 44. — Venet. 1491. F. 16. 148. 7.
Digestum Infortiatum cum glossa, Venet. 1490. F. 16. 149. 8. — Eadem Editio 19. 173. 9.
Digestum Novum cum glossa, Venet. 1491. F. 16. 150. 10.
Dinus de Garbo Florentinus.
Expositio super III, IV, & parte V Fen Avicennæ, Venet. 1499. F. 13. 128. 90. — Tractatus de ponderibus & mensuris; de emplastris & unguentis, Venet. 1499. F. 13. 128 90.
Dinus f. Dynus de Mugilo, de Mugello, Mugellanus.
Tractatus de præscriptionibus, Argent. 1490 F. 6. 71. 48. — Argent. 1499. F. 19, 175. 48, a.
Discipulus vid. Joh. *Herolt*.
Dominicus de civitate Visentina.
Summa qualiter notarii archiepiscoporum & episcoporum debeant notarii officium exercere. Argent. 1490. F. 6. 70. 48. — Argent. 1490. F. 19. 175. 48, a.
Latinus Pacatus *Drepanus* vid. *Panegyrici* Veteres.

Johannes *Duns* Scotus.
Scripta in IV Libros Sententiarum Petri Lombardi; & Ejusdem Quodlibetum, Norimb. 1481. F. 3. 36. 6.
Guilelmus *Durantus*, Durantes, Durandus.
Rationale divinorum officiorum, Norimb. 1494. Qu. 15. 145. 100.
Speculum Judiciale, L I & II, Venet. 1494, L. III & IV, Venet. 1501. F. 15. 146. 16 – 17.
Repertorium Juris, Venet. 1501. F. 16. 147. 17.

E.

Epistolæ Variorum Auctorum Græcorum, Græce tantum, Venet. 1499. Qu. 15. 143. 102—103.
Euclides.
Geometria a Boetio in latinum translata, Parisiis 1511. F. 10. 103. 78
Eumenius vid. *Panegyrici* veteres.
Eusebius Pamphilus.
Historia Ecclesiastica latine Interprete Rufino, Argent. 1500. F. 18. 171. 97.

F.

Jacobus *Faber* Stapulensis.
Commentatio in Jordani Nemorarii Elementa Arithmetica; Elementa Musicalia, Libri IV. Epitome in duos libros Arithmeticos Sev. Boetii; Rithmimachiæ Ludus, Paris. 1496. F. 10. 102. 78.
Epitome in libros Arithmeticos Severini Boetii; Astronomicon, Parisiis 1503. F. 10. 103. 78.
Fasciculus Temporum vid. Wernerus *L. Rolevinck.*
Johannes Petrus *de Ferrariis.*
Juris Nova Practica, Norimb. 1482. F. 3. 43. 46.

Dominicus *de Flandria.*
Quæstiones in libros posteriorum Aristotelis, & in Fallacias sancti Thomæ de Aquino, Venet. 1496. F. 9. 93. 83.
Sextus Julius *Frontinus.*
De re militari, Bononiæ 1496. F. 10. 104. 77. — De aquæductibus, Venet. 1497. F. 10. 105. 77.

G.

Martius Narniensis *Galeottus.*
De homine libri II, f. l. & a. F. 7. 80. 86.
Claudius *Galenus.*
Liber qui dicitur Tegni sive Ars Parva, Venet. 1487. F. 4. 57. 89.
Galnanus de Bononia.
Differentiæ Legum & Canonum, Argent. 1490. F. 6. 71. 48. — Argentor. 1499. F. 19. 175. 48, a.
Gentilis de Florentia.
Super tractatibus de dislocationibus & fracturis, Venet. 1499. F. 13. 128. 90.
Gentilis de Fulgineo, Fulginas.
Super tractatu de Lepra, Venet. 1499. F. 13. 128. 90.
De divisione Librorum Galeni, Venet. 1487. F. 4. 57. 89.
Gratianus.
Decretum cum apparatu, Venet. 1496. F. 17. 159. 20.
Antonius *Guainerius.*
Opera seu Practica Medicinæ, Papiæ 1481. F. 18. 168. 91. — Venet 1497. F. 11. 111. 92.

H.

H.

Guilielmus *Hentisberus.*

Regulæ, seu tractatus de sensu composito & diviso, de insolubilibus &c. Venet. 1491. F. 9. 92. 83.

Johannes *Herolt.*

Sermones de tempore & sanctis cum promptuario exemplorum & de Beata Virgine, Argent. 1490. F. 19. 174. 40, a.

Hippocrates Cous.

Articella, Venet. 1487. F. 4. 56. 89.

Aphorismi latine, Venet. 1487. F. 4. 56. 89.

Liber Prognosticorum latine, Venet. 1487. F. 4. 57. 89.

Liber Regiminis Acutorum latine, Venet. 1487. F. 4. 57. 89. — Liber Epidemiorum latine, Venet. 1487. F. 4. 57. 89. — Liber de Natura Fœtus latine, Venet. 1487. F. 4. 57. 89.

Opus *Homiliarum*, Homiliarius Doctorum vulgo dictum, a Paulo Warnefried collectum, s. a. Coloniæ. F. 18. 166. 41.

Quintus *Horatius* Flaccus.

Opera cum comm. Christoph. Landini, Venet. 1486. F. 4. 56. 62.

Hortus Sanitatis (Joh. Cubæ) s. l. & a. F. 18. 167. 95.

I.

Jacobus Januensis vid. Jacobus de *Voragine.*

Joannitius, R. Chanin, Chonain.

Isagoge in Tegni Galeni, Venet. 1487. F. 4. 56. 89.

Juris variorum tractatuum collectio, quorum primus: Modus legendi abbreviaturas in utroque Jure, Argentor. 1490. F. 6. 70. 48. — Argentor. 1499. F. 19. 175. 48, a.

L.

Lucius Cœlius Firmianus *Lactantius*.
Opera, Venet. 1478. F. min. 2. 26. 98, a.
Lambertus vid Lambertus *de Monte*.
Bonus *Latensis*, Bonetus de Lates.
De compositione annuli astronomici, Parisiis 1511. F. 10. 103. 78.
Robertus *Linconiensis*.
Commentaria in libros posteriorum Aristotelis cum textu seriatim inserto, Venet. 1497. F. 8. 89. 82.
Titus *Livius* Patavinus.
Historiarum Libri, Venet. 1470. F. 1. 12. 50 — 51.
Petrus *Lombardus*.
Sententiarum Libri IV cum conclusionibus Henrici Gorichem, Basileæ 1489. F. 5. 64. 35. — Basileæ 1492. F. 14. 133. 36.
Nicolaus *de Lyra*, Lyranus.
Morales & mysticæ Expositiones totius Scripturæ Sacræ, Coloniæ 1478. F. 18. 165. 25.

M.

Mamertinus vid. Panegyrici Veteres.
Martinus Polonus vel Streppi.
Margarita Decreti seu Tabula Martiniana, Argentor. 1499. F. 17. 162. 98.

Pomponius *Mela.*
Geographia seu de Situ Orbis Libri III, Venet. 1482. Qu. 4. 45. 104.
La Mer des Histoires, Parisiis 1488. F. 12. 119. 31.
De re *Militari* Scriptores Veteres, Frontinus, Vegetius, Aelianus, & Modestus, ex recens. Philippi Beroaldi, Bononiæ 1496. F. 10. 104 77.
Antonius *Mincuccius* seu de Prato Veteri.
Repertorium Juris super operibus Bartoli s. l. & a. F. 16. 156. 15.
Modestus.
Libellus de vocabulis rei militaris, Bonon. 1496. F. 10. 104. 77.
Modus legendi abbreviaturas in utroque jure vid. *Juris* variorum tractatuum collectio.
Petrus Jacobus de *Monte* Pessulano.
Tractatus de Arbitris & Arbitratoribus, Argent. 1490. F. 6. 71. 48. — Argent. 1499. F. 19. 175. 48, a.
Lambertus *de Monte.*
Copulata super VIII Libros Physicorum Aristotelis cum textu, Colon. 1493. F. 8. 83. 84.
Bartholomæus *Montagnana.*
Consilia medica CCCV. Tr. de balneis Patavinis. De compositione & dosi medicinarum. Antidotarium. Venet. 1497. F. 11. 110. 93.

N.

Nazarius vid. Panegyrici Veteres.
Paulus *Nicolettus* Venetus.
Expositio in libros posteriorum Aristotelis, Venet. 1494. F. 8. 84. 82.

O.

Nicolaus *Oren.*
Tractatus Proportionum. De latitudinibus formarum, ſ. l. & a. F. 9. 91. 83.
Paulus *Oroſius*.
Hiſtoriarum adverſus Paganos Libri VII, Vicentiæ ſ. a. F. 3. 31. 52.
P. *Ovidius* Naſo.
Metamorphoſeon Libri XV, ſ. l. & a. F. 14. 136. 61.

P.

Rutilius Taur. Æmil. *Palladius* vid. *Ruſticæ* Rei Rei Scriptores.
Panegyrici latini Veteres, Plinius, Drepanus, Eumenius, Mamertinus, Nazarius, ſ. l. & a. Qu. 19. 180. 103, a.
Paratus.
Sermones de tempore & de ſanctis, Norimb. 1496. F. 10. 100. 40.
Paſſionale Sanctorum vid. Jac. *de Voragine.*
Paulus Venetus vid. Paulus *Nicolettus* Venetus.
Petronius Arbitrer.
Satyrici Fragmenta quæ exſtant ſ. l. & a. Qu. 19. 180. 103, a.
Conradus *Peutinger*.
Romanæ Vetuſtatis Fragmenta, Aug. Vindel. 1505. F. 4 56. 62.
Pharetra fidei & morum, Norimb. ſ. a. F. 18. 169. 96.

Philaretus.
Libellus de pulfibus, Venet. 1487. F. 4. 56. 89.
M Accius *Plautus.*
Comœdiæ ex rec. Georgii Merulæ, Venet. 1472. F. 2 21. 60.
C. *Plinius* Secundus.
Hiftoriæ Naturalis Libri XXXVII ex emendat. Philippi Beroaldi, Parmæ 1476. F. 2. 24. 29.
C. *Plinius* Cæcilius Secundus.
Panegyricus Trajano dictus f. l. & a. Qu. 19. 180. 103, a.
Poliphilus vid Franc. *Columna*
Angelus *Politianus* f. Politianus.
Opera & alia quadam lectu digna, Florentiæ 1499. F. 9. 97. 64.
Opufculum quod Panepiftemon infcribitur, Venet. 1497. F. 10. 105. 77.
In priora Ariftotelis analytica prælectio, cui titulus eft lamia, Venet. 1497 F. 10. 105 77.
Baffanus *Politus* vid. *Baffanus* Politus.
Pomponius Mela vid. Pomponius *Mela.*
Antonius de *Prato Veteri* vid. Antonius *Mincuccius.*
Prifcianus Grammaticus Cæfarienfis.
Opera, Venet. 1470. F. 1. 15. 73.

R.

Helias *Regnier.*
Cafus longi Sexti & Clementinarum, Argent. 1496. F 17. 163. 98.
Robertus Linconienfis vid. Robertus *Linconienfis.*

Wernerus L. *Rolevinck.*
Fasciculus Temporum f. l. & a. F. 19. 178. 56.
Idem liber belgice versus a. Joh. Veldenar, Ultrajecti 1480. F. 3. 33. 35.

Tyrannius *Rufinus.*
Hist Eccl Libri II seu Eusebii Histor. Eccles. Liber decimus & undecimus, Argent 1500. F. 18. 172. 97.

Rupertus Tuitiensis.
De victoria Verbi Dei Libri XIII, Aug. Vindel. 1487. F. 18. 171. 96.

Rusticæ Rei Scriptores, Columella, Varro, Cato, Palladius, cum comment. Phil. Beroaldi, Regii 1499. F. 13. 129. 75.

S.

Johannes de *Sacro Bosco*, Sacro Busto, Holywood.
Textus de Sphæra cum addit. Parisiis 1511. F. 10. 103. 78.

Felinus *Sandeus* Cfr. Petr. de *Ancharano.*

Bartolus de *Saxoferrato* vid. *Bartolus* de Saxoferrato.

Der *Schatzbehalter* oder Schrein der wahren Reichthümer des Heils, Norimb. 1491. F. 19. 176. 42.

Hartmannus *Schedel.*
Liber Chronicorum, Norimb. 1493. F. 7. 81. 30.

Joannes *Sermoneta.*
Commentarii super aphorismos Hippocratis & technen Galeni, Venet. 1498. F. 12. 116. 88.

C. *Silius* Italicus.
Punicorum Libri XVII cum commentariis Petri Marsi, Venet. 1493. F. 9. 95. 64.
Speculum Exemplorum omnibus Christicolis salubriter inspiciendum, Argent. 1490. F. 12. 118. 58.
Radulphus *Strodus*.
De obligationibus s. l. & a. F. 9. 93. 83.
Richardus *Suisset*, Suiseth.
Tractatus proportionum introductorius ad calculationes s. l. & a. F. 9. 91. 83.
Suidas.
Lexicon græce tantum, Mediol. 1499. F. 15. 141. 32.

T.

Cornelius *Tacitus*.
Vita Agricolæ s. l. & a. Qu. 19. 180. 103, a.
Valescus de *Tharanta*, Valastus de Tarenta.
Practica (seu opus practicæ Medicinæ), quæ alias Philonium dicitur, Venet. 1502. F. 11. 108. 87.
Theophilus Protospatharius.
Libellus de Urinis, Venet. 1487. F. 4. 56. 89.
Joannes de *Tornamira*.
Introductorium in Valesci de Tharanta Practicam, Venet. 1502. F. 11. 108. 87.
Johannes *Tortellius* Aretinus.
Commentarii Grammatici de orthographia dictionum e græcis tractarum, Venet. 1484. F. 4. 47. 74.
Tosettus vid. Ludovicus *Charensis*.

Antonius *Trombeta*, Trombetta.

Tractatus de humanarum animarum pluralitate contra Averroistas, Venet. 1498. F. 9. 94. 83.

Baptista *Trovamala*.

Summa casuum conscientiæ, quæ Rosella & Baptistiana dicitur, Venet. 1495. O. 19. 182. 107.

Arnoldus *de Tungeri*, de Tungris, Tunger.

Epitomata sive reparationes Logicæ veteris & novæ juxta viam Alberti M. Coloniæ 1496. Qu. 19. 179. 105.

Nicolaus de *Tudeschis*, Abbas Siculus, Panormitanus.

Commentarii in quinque libros Decretalium, Norimb. 1485, 1486. F. 4. 49. 26 – 28.

Repertorium seu Tabula notabilium quæstionum, Norimb. 1485? F. 4. 51. 26.

U.

Johannes de *Urbach*.

Processus judiciarius, Argent. 1490. F. 6. 70. 48. – Argent. 1499. F. 19. 175. 48, a.

Antonius Codrus *Urceus*.

Opera, i. e. Orationes, Epistolæ, Sylvæ, Satyræ &c. Venet. 1506. F. 4. 56. 62.

V.

Valescus, Valastus, vid. Valescus de *Tharanta*.

Paulus *Warnefried* seu Winfried vid. Opus *Homiliarum*.

Marc. Terentius *Varro* vid. *Rusticæ* Rei Scriptores.

Flavius Renatus *Vegetius*.

Epitome rei militaris, Bonon. 1496. F. 10. 104. 77.

Johannes *Veldenar*.

Fasciculus Temporum a W L. Rolevinck conscriptus, belgice versus, unaque parte auctus, Ultrajecti 1480. F. 3. 33. 55

Paulus *Venetus* vid. Paulus *Nicolettus*.

Vincentius Beluacensis seu Bellovacensis.

Speculum Morale, Venet. 1493. F 13. 125. 72.

Publius *Virgilius* Maro.

Opera cum comment. Servii, Donati, Landini & Calderini Norimb. 1492. F. 6. 72. 63.

Marc Pollio *Vitruvius*.

De Architectura Libri decem, Venet. 1497. F. 10. 105. 77.

Vivianus.

Casus in terminis super digesto veteri, f. l. & a. F. 16. 149. 7.

Casus longi super infortiato f. l. & a. F. 19. 174. 9.

Vocabularius utriusque Juris, Argentor. 1490. F. 6. 71. 48.

Jacobus de *Voragine*.

Passionale Sanctorum seu Lombardica Historia, Basileæ 1493. F. 10. 99. 43.

Z.

Franciscus de *Zabarellis*.

Lectura super Clementinis, Venet. 1499. F. 17. 160. 21.